BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
12
30 G
2

VIII 7 25

12. 1. g. 6

12-30-G-2

ALBANI SPI-naſati Aquitani Iure-COVSVLTI POLITICORVM LIBRI I I

De POLITISMO *aduerſus hæreſes.*

DE ARTE IVRIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

S. Andrea della Valle.

PARISIIS

Ex *officina typographica* Michaëlis V*aſcoſani,in uia quæ eſt ad diuum* Iacobum, *ſub* Fontis *inſigni.*

M. D. XLVII.

LVDOVICI GRENAEI IN *ſupremo Pariſiorum Senatu aduocati carmen ad optimum quenque ciuem.*

SI *luſtres oculis,benigne* CIVIS,
H*anc cæli faciem ſuis apertam*
S*emper luminibus,ſimúlque cælo*
Q*uicquid clauditur,& mouetur ipſo*
E*xpendas,tacitúſque,diligénſque:*
M*irari poteris ſtupens,ferantur*
Q*uo cuncta ordine,qua regantur arte.*
Certis ſcilicet ut putes teneri
M*undum legibus,iíſque ſempiternis:*
V*t iuſto dominum* Deumq́; *rerum*
H*æc nutu regere,& mouere credas.*
H*inc leges hominum potentiorum,*
E*t ius,quo populusq́; ciuitasq́;*
O*mnis ſtat,placida fruens quiete,*
C*ertis aurea* Regibus *poëtæ*
S*ummum ſceptra* Iouem *hinc dediſſe tradunt.*
H*inc Spartæ potuit* νόμους Apollo,
E*t Cretæ* Iuppiter *dediſſe fingi.*
H*inc &* Socratici λόγοι *perennes*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

M *anant & medium rigant Platonem.*
Q *uos multi ueteres nouiſque legum*
C *onſulti ſtudio ſequuntur omni.*
P *ro ſe quiſque, ſuo quidem labore*
C *ontendens hominum genus iuuare,*
I *n mores aliquid politioris*
C *onfert muneris, omnibus uidendum:*
Q *uòd* R*eſpublica maxime iuuetur*
H *ac ſane ratione.* E*t id ſecutus*
A *lbanus tuus, hos duos libellos*
S *ed doctos* I*upiter, pióſque mittit*
I *n uulgus: quibus explicatur omnis*
I *uris principium, uſus, atque finis.*
V *erum iſtud nihil non noui quod affert.*
Q *uis non hoc nomine uolt magis probari?*
T *u uerò fruere, approbáque* L*ector.*

ELENCHVS CAPITVM LIBRI

Primi, qui eſt De politiſmi authoritate aduerſus hæreſes.

POLITICEN κατ' ἐξοχὴν, *ideſt, per excellentiam dictam eſſe ſapientiam.* Cap. I.
Sine uera religione πολίτευμα, *ideſt, uerum* Reipub. *genus nullum eſſe* Cap. II.
De *origine & ſucceſſu legum.* Cap. III.
De εὐνομίᾳ καὶ δυσνομίᾳ, *ideſt, bonarum & malarum legum conſtitutione.* Cap. IIII.
Libertatem Euangelicam *nõ uitam ineffrenem, ſed* εὐθυμίαν *eſſe, ideſt, animi ſedationem & ſecuritatem.* Cap. V.
Cau*ſam legum & fructum perpetuum eſſe.* Cap. VI.
De *quadruplici iuſtitia, &* Politicæ *ſanctitate.* Cap. VII.
De *uita actiua & contemplatiua.* Cap. VIII.
De *apolidibus, ideſt, uagabundis populis,* Cap. IX.
De *urbium auſpicijs.* Cap. X.
εὐταξίαν, *ideſt, rectam quandam rerum ordinationem pernecessariam eſſe.* Cap. XI.
De *bonorum æquatione.* Cap. XII.
An *bellare litigaréque fas ſit.* Cap. XIII.
De *magiſtratu eíque debita obedientia.* Cap. XIIII.
Quid Ciuitas *&* Re*ſpublica ſit & quotuplex.* Cap. XV.

Secundi, qui eſt de arte iuris.

AN *Ius ſit* ARS. Cap. I.

Ius artem artium maximam & perfectiſſimam eſſe. Cap. II.

Quid ſit ius perpetuum, ſeu incommutabile, & quæ illius genera. Cap. III.

παράτιτλα, *id eſt prænotata ad religionem.* Cap. IIII.

παράτιτλα *ad Pietatem.* Cap. V.

παράτιτλα *ad Gratiam.* Cap. VI.

παράτιτλα *ad Vindicationem.* Cap. VII.

παράτιτλα *ad Obſeruantiam.* Cap. VIII.

παράτιτλα *ad Veritatem.* Cap. IX.

De δικαιολογία, *id eſt, legaliũ quæſtionũ cõſtitutione.* Cap. X.

De ſtatu legali ῥητοῦ καὶ διανοίας*.i. dicti & ſentẽtiæ.* Cap. XI.

De ſtatu iuris ex ἀμφιβολία, *id eſt ambiguitate.* Cap. XII.

De ſtatu antinomico, id eſt legum contrapoſitarum contentioſo. Cap. XIII.

De ſtatu iuris ratiocinatiuo. Cap. XIIII.

De iure non ſcripto. Cap. XV.

INDEX ORDINE LITERARIO RERVM

& uocum inſignium in hiſce Politicis contentarum.

ABDERITAE *à muribus fugati.* Fo.25
Acilius ſapiẽs cognomẽto. unde locus pandectarum emendatus, ubi perperam legeretur Attilius 2
Aequitas triplex 75
ἄγραφον *ius* 78
ἀκριβοδίκαιον 67
ἀναρχία 34
ἀμφίδοξον 71. ἄναξ 35
Annulorum aureorum ius 59
Antinomia quàm male à quibuſdam uſurpetur. 71
Antiochi interdictum 8
Antiquæ leges ſaniores 44
Aporitici philoſophi 68
ἄπορον 70
Ars quid ſit 51
Ars duplex 63
Ars ſcelerũ medicinalis iudiciũ 18
Artes dictæ ꝙ *uirtutũ magiſtræ.* 43
Ariſtotechnes deus 42
ἀπαρξία 10
Aurum coronarium 59
ἀντάρχος 10
ἀχαριστίας *pœna* 53
Baylardus de quauis. lege reſpõdere pollicitus 40
Baldus nomotheta Papienſis 6
Bellum pium 34
Bellũ per antiphraſim dictũ. ibidẽ
Bellum cum gruibus & colũbis 25
Bonus iudex quis 62
Boni ciuis officium 21
Bonorum uera æquatio 30
Brachmanes 29
Britannorum polygamia 30

C

κακοσπονία, *& inde reſtitutus locus iuriſconſulto* 78
Calingi uix decenniũ uiuunt 41
Canonica illatio 48
Capernaum ciuitas Chriſti 23
Capitatio 49
Garthagines duæ 69
χαρισία 50
Giceronis quinq; libri de legibus 2
Circũciſoria lex oĩm antiquiſſima. 5
Ciuitas quid 37
Ciuicæ coronæ ius 59
Ciuitas effœderata 38
Cleonis ſententia de dyſnomia 8
Critolai libra 41
χρήματα 31

Commoda diſciplinæ publicæ 7
Cœlibatus pœnæ 49
Cōditores urbiū Saturni & Dij. 25
Corpus humanum harmonicum. 29
Conſtitutio iuridicialis 63

D

Darij uotum ad iuſtitiam 4
Democriti εὐθυμία 11
Denicales feriæ 47
Derbices decrepitos parentes obſonabant. 44
Διανόια 64
Δικαίωμα θεοῦ 44
Δικαιολογία 63
Deus Sabaoth 34
Dictum legis 64
Diuina reipub. regula 3
Diffinitio 65
Diuinæ prouidentiæ lex 11
Domitia lex 45
Domitiani lex de uino 72
Duæ cauſæ legum ferendarum 12
Δυσνομία 7

E

Edictum Claudij Cæſaris 46
Ἔγκλημα 54
Effectus multiplex legis 14
Ἐπιχείρ probationes ſeptem 62
Epaminōdæ pro ciuibus cura. 35
Ἐπιεικείας expoſitio 67
Epiſcopatus bonum opus 35
Erychtheus Athenarū extructor. 26
Eſſæorum confuſio 29
Exceſſus tres Rerumpubl. 38
Execrandum larium ſacrum 4
Exitus rebellium infelix 36
Exemplaris iuſtitia 16
Eumenides iudiciorum Deæ 54
εὐταξίας commoda 29
Eunomiæ requiſita 8

F

Feriarum tres ſpecies 46
Fiduciæ formula 53
Flauij actionū cōpoſitoris p̄mia. 58
Florentinorum nomothetes P. Caſtrenſis. 6
Fœciale ius 48
Fœciales uiginti 34
Fontus Thyanæi iudicium 31
Formata iuſtitia 16
Fortuna legum author 41
Fortuna artis amica 43
Fulminatrix legio Chriſtiana 34
Fulgur poſtularium 46
Furti & rapinæ impunitas 3
Furtum etiam immobilium 54
Furtum conceptum lance 55

G

Garamantes 30
Gallicus Hercules 29

Germani

Germani apolides 22
Genera iuris ſex 45
Genutia lex de fœnore 49
Gratiarum templũ media urbe 51
Gratiæ ius tripartitum *ibidem*
Gymnoſophiſtarum cõmunitas 29

H

Habis Hiſpanorum *legiſlator* 5
Hadriani Imp. *epiſt.de* Chriſtia. 20
Halymetus de officio Iuriſconſulti. 64.
Heliogabali uectigal 49
Hermodori exulis honor Ro. 58
Heroica Traiani *uox de prĩcipe*.36
Homo ab ὁμονία *dictus* 23
Hominis origo diuina 44
Honorarium aduocatorum 58
Horatia lex 35
Horæ quaſi hortæ dictæ 16
Hyppocentaurus uiſus. 52

I

Imperium magna bellua 36
Illex 9
Interpunctiones iuris 68
Inauguratio urbium 26
Indictio 49
ἰσονομία 30
Ita utimur, ſymbolum iuriſconſultorum. 65
Iubilei libertas 11
Iulianus apoſtata 19
Ius ciuile quid 41
Iudices legum myſtagogi 32
Ius incommutabile 44
Iuriſconſulti diffinitio 41
Ius oppoſitorum magiſter 42
Ius Salycum 6
Iuſtitia politica ſanctiſſima 16
Iuſtitia dei filia cur dicta 42
Ius ceu hydra 41

L

Lacedæmonij brachilogi & polynomi. 78
Lælius ſapiens cognominatus. 2
Leænæ fœminæ conſtantia 61
Latitare 66
Leges agrariæ 30
Leges aranearum telæ 8
Leges lege regendæ 42
Leges ciuitatum duces 7
Leges perpetuæ 43
Leges quare inuentæ 33
Leges temporaneæ 43
Legiferalia ſacra 5
Legirupa 15
Legum multitudo morbus Reip. 63
Lex naturalis 12
Lex humana *ibidem*
Lex corona Reip. 6
Lex quid 5

Lex imperfecta quæ 14
Liburnis communes uxores 30
Libertas Cynica 9
Libertas habenarũ iuſtitiæ 18
Luciana lex de ludis 46
Luſtrici dies ibidem
Lycurgi inſtitutum de non deſcribendo iure. 48
M
Machildæ leges 6
Magiſtratus onus magiſquam honor. 35
Magiſtratuum officium 48
Mahumetis azoaræ 6
Mandrorum fœminæ ſeptennes concipiunt. 41
Maſſagetarum uxores cõmunes 30
Mauri regibus ſacrificabant 3
Medicorum ſtipendia 58
Mediterranea uita potior 27
Mars Tyrannus 39
Methodos 63
μιςφᾶν τὴν ἰσὼ. 55
Metropolis 38
Myſia Cereris horreum 56
Myſon unus ex ſeptem 66
Mos alter dæmon 14
Mulctarum quartæ delatoribus. 56
Muri urbium unde ſancti 25
Murrhina 47
Muſcarum depopulatio 25
Mutiani iuriſconſulti lapſus & hinc emendatus ff. locus 47
Mutua ſeruitus Regnum 35
Mutui originatio 51
N.
Napæorum inhoſpitalitas 4
Natalis urbium feſtus 26
Naturæ duo principia 54
Neceſſitudinum gradatio 49
Νίμισις 11
Neptunus & Apollo cur pœnates. 26.
Neuri à ſerpententibus pulſi 25
Nexus 52
Nili fluenta limoſa & noxia 65
Νομός *lex à mente* 75
Nomophilaces magiſtratus 7
Nouendiales feriæ 46
Νουθεσία 54
Numaria lex 56
Numæ diſtributio 30
Numeriani Cæſaris oratoriæ ſtudium. 58
Numerus teſtium 61
O
Oblationis ius 48
Obligationum tria genera 51
Oculus Iuſtitia hieroglyphice 61
Officium Senatus 48

Omnia in natura certa 44
Omne ſui ſimilium φίλοι 22
Oraculum in dyſnomicos 7
Ordo uetus iudiciorum quando ſublatus. 60
ὁρμαὶ 10
Oppida ab ope 26
Oppia lex 75
Oppilij Macrimi conſtitutum 48
Optimo iure prædia 73
Otrietes à ſcolopendris abacti 25
ὀψιμαθία 62

P

παραδειγματικὴ pœna 56
Pantaleonis Mytheci ars 42
Papinianus ſapiens dictus 2
παρανομία 71
Parilia feſta 26
Paſcua in Cenſorijs tabulis 48
Paupertini 22
Perfectio compoſitionis 51
Perſarũ legati lactacẽ ferebãt. 48
Phariſæi maledici 33
πειθαρχία 35
Pigneri capiones 52 Politeia 3
Politica lectio principe digna 2
Politica mundi compoſitio 27
πολιτικοὶ 2
Politiſmus chriſtiano dignus. 35
Populi paſtor rex ibidem
Prædes 53
Prædonum uita honorata 27
Primæua eccleſia poſſedit loca 24
Prima ætas uitæ ſecunda Reip. 20
Proculiani Iuriſconſulti unde 74
Proprietas poſſeſsionum naturæ teſtimonio. 31
Pſalliani 19 Pomœnia 26
Populi communione uſi 30
Purgatoria iuſtitia 16

Q

Quæſtio iuris aut facti 64
Quæſtio iuris quadruplex ibidem
Quæſtoriæ leges 49
Quibus ciuitas magna fiat 7
Q. Curtius de alea damnatus 56
Q. Lætorij lex de minoribus 50
Q. Metelli lex de matrimonio 49
Q. Papyrij lex de ſacrando 45
Quinta uectigal 46
Qui ſerui hominum Euangelio 37
Quomodo leges inuentæ 33

R

Recutitæ cerimoniæ 15
Regnum millenarium 38
Regum coronæ ſpinoſæ 35
Regum diſputatio 40
Reipublicæ harmonia 28
Reip. genera tria 38
Reſpublica quid 38

Religentes 45
Religionis ius bipartitum ibidem
Repromiſsio 52
Reſtipulatio ibidem
Rhetorum ſtipendia 58
Romanorum patria poteſtas 4
Rumorum probatio 61
Rupitias 54

S.

Sabbatheus fluuius 15
Sacrum quid 45
Sacra priuata quid Iuriſcõſulto. 46
Sagminis iuſiurandum 48
Sanctiones 14
Sapientiæ finitio 1
Sapientis αὐϐρομία 9
Sarabaïtæ 22
Sarracenorum duo genera ibidem
Scæuolæ ars iuris 45
Scopus legum ibidem
Seruilia lex 58
Scytharum impolitia 22
Seruitus principum 36
Sycophantia 3
Solennis politices prælectio 2
Stipendiaria ciuitas 38
Stipulationis originatio 52

T.

Tabellionum origo 61
Talionis difficultas 56
Temerarium tributum 49
Templum iuſtitiæ 18
Templum maieſtati 37
θεοσεβία 1
τέθμος 78
τιμωρία 54
Thorath 14
Themis collega Iouis & unde. 16. 40.
Tricones 68
Tyrannis 38

V.

Vades 53
Vandalica factio 39
Vaſtatio belluarũ urbium cauſa, 25
Veritas nuda 60
Vetus Chriſtianorum mos 11
Viceſima uectigal 49
Vindices 53
Vinum Aegypti frigidum 43
Volcatius Scæuolæ præceptor & inde emẽdatus Põponij locus. 55
Vrbum 26
Vrbare ibidem

Z.

Zenonis hæreſis 22
ζήτημα νομικὸν 64
Zoroaſter legiſlator. 5

FINIS.

Legato apud S. P. Q. RO MANVM REGIO, GEORGIO ARMENIACO ECCLESIAE CATHOLICAE CARDINALI DIGNISSIMO,

I. ALBANVS SPINASATVS IVRISCONSVLTVS S. P. D.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMANUELE

QVEMADMODVM *qui ſyrtium æſtus, Euripi turbines, cæteráque maris pericula ſunt experti,* SANCTISSIME LEGATE, *accuratius naufragiorum declinandorum rationes ora primum ſoluentibus recenſere ſolet: quòd ita ſit humanitatis tacito iure comparatum, ut eos impenſius beneuolentia proſequantur, quibus tentandos pares caſus intelligant: Ita qui tam uarijs philoſophiæ ſtadijs uitæ ſuæ curſum traducunt, illos inſito quodam fœderis ſenſu complecti uidētur, qui ſimilium diſciplinarum curricula capeſſant, eóſque ſunt præmonere ſoliti, quid undique præpeditum, quid ſalebroſum, aut tutū ſit. ne forſan incauti præcipites in prærupta & imperuia barathra quædam labantur.* Sic *enim ille rerum omnium parēs* Opt. Max. Deus *unumquemque ſibi ſimilibus deuincit ac conciliat: quemadmodum & inquit* Homerus:

ὡς αἰεὶ τὸν ὁμοῖον ἄγει θεὸς ὡς τὸν ὁμοῖον.

Ego *uero quum à maioribus noſtris ætatem quæ ſine literarum & eruditionis cultu degatur, mortem potius aut hominis uiui ſepulturam quàm uitam iudicari meminiſſem, híſque ſtudijs addictus nonnullos philoſophiæ locos diris quarumdam* Harpyarum *ueſtigijs fœdatos comperiſſem, non potui non claſſicos noſtræ profeſſionis* φιλοθέωρους *de tanta periculi ratione diligentius cõmonere.* Etenim *cum ſapientiæ quidam ueluti campus ita deſcriptus ſit, ut literis* Hebræis *monumentorum* Theologicorum *gloria,* Phyſicorum Græcis, Latinis *autẽ* Politicorum *potiſſima laus omnium peritorum teſtimonio tribuatur: nuper autem mezobarbarica quorundam* Anabaptiſtarum *ſecta legum ac iuris ciuilis totiusq́;* Politices *uim & authoritatem infringere, funditusq́; delere conata ſit, iamq́; quibuſdam* Cynicæ *libertatis præſtigijs in multorum animos influxerit, adeóque præcipuam maiorum noſtrorum palmam, diuinamq́; nominis* Latini *gloriam in diſcrimẽ adduxerit, operæpretium me facturum ſum arbitratus, ſi tanti furoris ac delyr ijrefellendi compeſſendiq́; negotium pro* Repu. *ſuſciperem. argumẽtoſum plane, implicitum & cathenatũ opus, & quod olim* P. N*aſica* Marcelloq́; COSS. *quum in hanc urbem* Carneades Academicus *cum* Diogene Stoico, & Critolao Peripatetico Legatus *ab* Athenienſibus *miſſus eſſet, magníſque dicendi uiribus in controuerſiam iura iuſtitiamq́; reuocaret, uel* Catonem *illum* Cenſorium *audiẽtẽ commouerit.* Sed *illo mehercule ponderoſius operoſiusq́; longe mihi texitur negotium. nam is commentitijs tantum &* Academiæ *more ad plauſum fictis argutiolis egregium ſeſe diſputatorem uenditabat: hi uero & ſeria ratione &* Diuinorum Oraculorum *teſtimonijs freti, uehemẽtiſſime pugnant: & quod ille ad inanem oſtentationem breui momẽto ſimularet, hi ad uerum pietatis cultum conſtantiſſime profitentur.* Quo *autem acriores illorum impetus, eo quidem mihi*

durior

durior paratur conditio. Verum cum ut Heraclytus Epheſius di-ctitabat, non minus ciues pro legibus pugnare deceat, quàm pro mœnibus ciuitatis: quòd abſque legibus nullo modo ciuitas incolumis eſſe poſſit, abſque mœnibus poſſit: & non minorem Reip. nauet operam, qui excubias præſtet, ac ciuibus iuris, pietatis & iuſtitiæ munia tueatur, quã qui diſtrictis gladijs, haſtis ac clypeis innitatur. ſubiui quidem audacius hoc onus (ſi onus dicendũ eſt quod cum uoluptate feras) non minus mihi difficile, quàm omnibus commodum atque neceſſarium. fruſtra namq; ſuas magiſtratus inſtruant Aulas, in caſſum Prætor ſua depingat alba, ne quicquã miniatas uermiculatáſq; rubricas ſuas Iureconſulti diſtingant, ſi non ſalua illeſáq; ſit ipſius politiſmi radix & ſcaturigo: ſi ad tetrum & horridũ illud impolitiæ chaos reducti fuerimus: in quo nemo ius norit, impune quis fas nefasq; confundat, legum ac ſapientiæ ſtudium ultro quiſque derideat ac Politicen ipſam ſolio ſuo pulſam indigne calumnietur, quæ tam uenuſto uirtutum charitumq; comitatu per urbes ac ciuitates hactenus incedere ſueta ſit. Quamobrẽ beatulis iſtis cãdidatis glorioſas forenſium muſarum diſſertationes concedamus: ſuas habeant ſibi iuriſprudentes formularum pompas. nos pro illorum quiete, pro communi ſalute confragoſas Reipu. partes obeamus. At quum tam arduo adeoq;, ut aiunt, Achilleo labori ſingulare quoddam Palladium eligendum ſit, cuius præſidio tot ſectatorũ inſultationibus obſiſtere poſſimus: unus tu mihi uiſus es doctiſſime Pontifex, qui tantis ſupereſſe queas auſpicijs, qui ceu ſummorum ingeniorum flos delibatus à Pientiſſimo Galliarum Rege delectus ſis, qui cum hoc tuæ diuinæ eloquentiæ caduceo in hoc totius orbis ſacratiſſimũ antiquiſſimumq; conſilium delegarere, qui tam præclare in hoc ampliſſimo imperij domicilio præſtantiſſimi Monarchæ uicibus perfungaris, tantaq; uirtutis tuæ

gloria hoc commune populorum omnium aſylum Latium *impleueris, ut nihil iã ſit nomine tuo memorabilius, nihil eximijs iſtis eruditionis & ingenij tui dotibus celebrius, nihil teſtatius, nihil admirabilius.* Teſtis *eſt diuinæ ſapientiæ tuæ* Veneta Reſpubl. *cui tantum tui deſyderium reliquiſti, ut diſceſſu tuo quaſi* Catone *ſuo uideatur orbata.* Teſtis *omnis* Italia, *quæ ſe nihil hac ætate heroico ſplendore tuo magnificentius uidiſſe confiteatur.* Teſtis S. P. Q. Romanus, *qui tam inſignis & inſolitæ legationis gaudio purpuræ,* Laticlauijque *dignitatem tibi publico decreto detulerit.* Tuum *eſt igitur, macte uirtute uir, qui ad omnia* Reipub. *componenda negotia diuino quodam conſilio factus uideare, haſce de* Rep. *lucubrationes animo candido ſuſcipere, & ab omni liuore ſartas tectasq; tueri.* Iam *uero cum* πολιτικώτερον *& inſtituto noſtro uideatur accommodatius, ſi dialogiſmo rem exequamur, diſputatores noſtros ſi placet audiamus.*

Albani Spinaſati Politi-
CORVM LIBER PRIMVS.

De politiſmi authoritate.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

DISPVTATORES, CIVIS ET PEREGRINVS.

Politicen κατ' ἐξοχὴν *dictam eſſe ſapientiam.* Cap. I.

CIVIS.

PERIVCVNDVM *quidem urbano defeßis opere, hac ruris aura nõnunquã exhilarari, curíſque pro tẽpore defungi: nam quis nõ amittat uires, ut aiunt, qui ſemper tẽditur arcus? nec mirũ, quod* Africanum *&* Lælium *ciues ornatiſſimos tradunt, cum rus ex urbe ſecederent, uſque adeo ad omnem animi remiſſionem, ludumq́; deſcendiſſe, ut uagas etiam littoribus conchulas, calculóſq; lectitarent. Sed eccum peregrinum, quid ſodes noui?* PEREGRINVS. *Nihil ædepol incola: inueteraſcunt enim omnia, atque adeo quidquid antiquius, quo propius à ueritatis ortu, primæuáque ſapientiæ ſobole fuit, eo lubentius attendimus.* CIVIS. *Equidem ſi nihil ex hoc ſeculo probas lepide uiator, ignoſce, ut placeant pleriq; perijſſe nolint. Num uero tu quiſpiam es è* Meſſanij *philoſophi farina, qui animum hominibus deeſſe putes, quo minus id ætas hæc politula cernat, quod ſylueſtris illa quondam gẽtium ruditas aduerterit? Anicularum eſt iſta fabula, ſolas ſapuiſſe tritauias. uerum dum ad urbem pergimus, hoc unum ſi placet, pauliſper excutiamus. An tibi ſapientia non uidetur diuinarũ, humanarúmque rerum cognitio, ut omnium dogma perhibuit?* PEREGRINVS.

Imò uero ſemper ità mihi perſuaſi, ita ſentio, illudq́; ueriſsimum credo, quod Socrati ferunt ab Indo quodam affirmatũ, uix quẽquam res humanas poſſe pernoſcere, qui non apprime coniunctã diuinarum quoque notionẽ habeat. CIVIS. *At hercle ſi uera ſunt iſta, minus uanum eſt hoc ſeculum, quàm ueternum ac rancidulum illud tuum, quod uel præcipua quidem ſapiẽtiæ teſſera* θεοσέβεια *ſcilicet, id eſt, uerus* Dei *cultus, cognitioq́; diuinitatis latuerit. Vnde non in ſacris ſolum, ſed & publicis in legibus habemus inſanos & belleboroſos cenſendos eſſe, qui non rite diuinis ſunt initiati.*

c. qui ſine. 26. q. 2. l. 1. de ſũma trinit. C.

Quid enim tenere bonum aut uerum queant,
Qui non tenent ſummæ caput,
Veri boníque ſomitem & ſortem Deum,
Quem nemo niſi in CHRISTO *uidet?*

Si modo tecum Diui Paulini *uerſiculis iocari licet.* PEREGRINVS. E*go uero feſtiue ciuis, de recondita illa & penitus abſtruſa religionis ſapientia minime loqui uolui.* V*erum quum ciuitatibus ac rebus publicis (quas* πολιτείας *uocant philoſophi,) nihil ſit honore plenius, nihil humani generis ſocietate cernatur illuſtrius: illam florentem, præpotentémque ciuilis ſocietatis moderatricẽ, gubernatricémq́; ſapientiam (quam* Græci πολιτικὴν *nominant) primæuis illis hominibus eo facilius deferebamus, quo maior certe iuris æquitatis ac totius dignitatis quæ in* Rep. *uerſari debet, in illis extitit peritia: eáque præſtitere diligentia, ut non rerum geſtarum ſolum gloriã omni poſteritati præripuerint, ſed nec illorum doctrinam longis interuallis aſſequi queamus: itaque propter ſummam ueterũ admirabilémq́; politices peritiam, ſummámque prudentiæ ciuilis commoditatẽ, egregiam morum ac uirtutum ciuilium laudem & authoritatẽ, qui primi apud* Græcos *philoſophiæ diſciplinis inſignes extitere (quos*

Politice.

re(quos iam Academicos, Stoicos *, alióue cuiuſdam uici aut particulæ urbis nomine uocitamus)primum, ut* Orator Arpinas *re fert, uniuerſarum rerum publicarum nomine* πολιτικοὶ *ſunt appellati.* Quin etiam Septem *illi* Greciæ σοφοὶ, *nec exquiſitioribus philoſophiæ diſciplinis inſtructi fuiſſe referuntur à* Dicæarcho, *qui inter* Peripateticos *hiſtoriæ peritiſſimus eſt habitus, ſed homines alioquin egregie cordati, officijque ciuilis perdiligentes, qui ſuis ciuibus conſilia, leges, honeſtéque uiuendi documenta proponerent.* Eodémque *ſapientiæ cognomento* Septẽ Romanos *donatos ob regundæ* Reip. *prudentiam fuiſſe reperio, nempe* P. Sempronium, S. Catum, L. Acilium, Catonem, Lælium, Naſicam, Papinianum. Quapropter *& ipſi* Iuris *ciuilis authores per* ἀνδρομαχίαν *huius diſciplinæ facultatem ueram eſſe philoſophiam aſſeuerant, quemadmodum &* Horatius *ſenſit:*

F *uit hæc ſapientia quondam*
P *ublica priuatis ſecernere ſacra prophanis,*
C *oncubitu prohibere uago, dare iura maritis,*
O *ppida moliri, leges incidere ligno.*

Ideo *ueterum illorum ſummum ſemper circa huius publicæ diſciplinæ profeſſionem fuit ſtudium, impẽſiſſimúsq; labor.* Apud Ptolomæum Philadelphum Aegypti *regem,* Demetrius Phaleræus *princeps, in ciuilitatis ratione peritiſſimus, hoc ſæpius cõmendaſſe fertur, ut inſcriptos de regnandi ratione libros* Rex *ſibi pararet ac lectitaret. nam quæ amici nõ audent monere principes, ea in libris eſſe perſcripta.* Sic *apud* Perſas *filios principum ſcribit* Plato *à totius regni peritiſſimis, lectiſſimiſque magiſtris quatuor, ante regiæ fores inſtitui, ac ſumma cura informari, cũ parendi, tum honeſte imperandi exemplis.* Apud Lacedæmonios *uero(quos omnium* Græcorum ἀμαθεστέρους *fuiſſe conſtat)cautum erat, ut* Dicæarchi Tropoliticum, *quem is librum de Spar-*

Politici.

Lucium Acilium pro P. Atilio reſtitue Paragr. deinde. de orig. iur. ex Lælio Ciceronis, & libro 3. de legibus.

Politica lectio rege digna.

Solẽnis politices prælectio.

tiatarum Rep.*conſcripſit, aduocata quotannis concione, in publico recitarent, omnéſque iuuenes auditum conuenirent. Quanto autem* Romæ *in pretio fuerit ſemper* Ciuilis *ſapiẽtia, documẽto eſt, quod nunquam non hominũ clariſsimorum domus diſciplinis floruerunt. Quin etiã* Octauius Auguſtus *ex omnibus utriusq; linguæ authoribus ſtudioſius excerpere ſolitus eſt, quæ ad* πολιτισμὸν *id eſt* Reip. *curationem pertinerent.* Atque Aurelius Alexander Imperator *clariſsimus, cum* Græcorum *doctrina delectaretur, fere ſemper decem illos* Platonis *de* Politia *libros lectitaſſe laudatur: cum uero* Latinos *legeret, nihil magis quàm ſex illos de* Repub. *libros* Ciceronis *euoluebat, ut quemadmodum* Reip. *ſtatus beate dirigi poſſet, à* Græco *philoſopho perciperet, uti autem à maioribus ſuis adminiſtratus fuiſſet, à ciue ſuo cognoſceret.* Nos *uero iam pudeat. Quotus enim quiſque nobiliſſimam hanc utiliſsimámque ſapientiæ partẽ profitetur? cum uel ignauia diuinos illos ſex de* Rep. *libros amiſerimus, atque eiuſdem authoris illorum quinq; de legibus duos poſtremos totius* Iuriſprudentiæ *fontes obliuionis tenebris reliquerimus? Quis ciuium officia curat? quis magiſtratuum ſtudia docet? quis* Rerũpubl. *inclinationes, urbium deſcriptiones addiſcit? itaque religionis ac* Theologiæ *notionem excipio, hodiernam ſane politicen antiqua cæteroqui longe minorem eſſe putamus.*

Quinque Ciceronis libri de legibus.

Sine uera religione πολίτευμα *nullum eſſe.* Cap. II.

CIVIS.

SOLEM *tu quidẽ è mundo tollis aduena chariſsime, qui religionis ſapiẽtiam à* Repub. *ſemoueas. ſiquidem & hoc politicis in monumentis expreſſum atque teſtatum habemus, religione magis quàm ullis hominum uiribus cõtineri* Rempub. Eſt

c. in qualibet. 23. q. 8.

enim animus ea lege hominibus ex altiſsimo domicilio cæli demiſſus, ut hunc terrarum globum colendo, cæleſtis patriæ uirtutes & ordinem cõtemplantes imitemur, modo, ratione atq; conſtantia. Itaque quod de Indo referebas, hoc quidem in communibus Indorum inſtitutis conſcriptum eſſe clariſſimus Ariſtotelis auditor Ariſtoxenus prodit, abſque uidelicet diuina regula, eáque ab ipſo Deo monſtrata, nihil unquam priuatim aut publice recte adminiſtrari poſſe. Quapropter illam quam tu Idolicis illis maioribus præcipuam arrogabas politicen, nullam, aut imperfectam fuiſſe conſequens eſt. Quam ſi aliquãtulam conceſſerimus, hodiernam multo præſtantiorẽ fateare neceſſum eſt: cum humanæ ſolertiæ, uel, ut tu mauis, ſapientiæ magiſtra atque alumna ſit experientia. quemadmodum ipſa apud Afranium ait in comœdia quæ Lex dicitur: Diuina regula Reipub.

Vſus me genuit, mater peperit memoria,
Σοφίαν me uocant Grai, uos ſapientiam.

Quod ſi ueterum Rerumpublicarum euoluere monumẽta uelis, quid multis illorum inſtitutis impudentius, ne dicam imprudentius? Quid Aegyptijs tetrius? qui quadrupedem illum Apim, obſcœneq; repentem crocodilũ pro numine uenerarentur, ac ſi liberos ab hoc rapi contingeret, magnopere gauderẽt, qui gratam Deo eſcam ſe genuiſſe gloriarẽtur? quibus etiã (ut Saluius Ariſto refert) omnia furta licita & impunita fuerint? at ſi Felẽ aut Ibim Deum ſcilicet pennatũ, uel imprudens quis uiolaſſet, nulla pœna ueniret recuſanda, ſed reus mortis, uarijs tormẽtis ab uniuerſa turba obrueretur. Si uero πολιτεία eſt recta, iure parẽdi imperandiq; diſpoſitio. Hic plane nulla fuit, ne quidem πολιτείας umbra: niſi forte Theſſalos πολιτικωτέρους fuiſſe atque prudentiores cenſeas, qui tanquam è cauea brutum pro Deo Ciconiam adorarint: aut Syros, qui piſces pro diuino cæleſtique Politia quid.

ſanctuario religioſiſſime coluerint: aut Phryges, Piſidas, & Arabes, qui tanquam numinibus auibus ominoſis ſupplices deuotique fuerint. Perſarum autem impietatem, quis cum hodierna comparet modeſtia? quibus legitimum erat, ut ait Laertius, horrendum, matribus filiabúsque miſceri: nobiles autem ac patricij, uitæ necísque poteſtatem in plebeios quoſque obtinerent, & eos ad bellum ſequi pedites tanquam perenni ſeruitio addictos cogerent, nec donis aut ſtipendijs aliquando fultos, quin uiuis ſolidas cutes uel particulatim extraherent: Reges uero ſuos Deos haberent, atque adorarent? Niſi forte iuſtiores Maurorum ritus exiſtimas, qui nō ut alij uiuis Regulis, ſed iam mortuis quālibet ſceleratis ſacra ceu Dijs litarēt, teſte Cypriano. Sed Athenas ueniamus, unde leges ethniciſmi natæ & in omnes terras feruntur diſtributæ, illáſque prætereamus, quibus nō ſolum cognatas thoro ſibi cōiungere neceſſum fuiſſe comœdijs ſat eſt diuulgatum, ſed & ſorores quoque uxores fieri legitimū fuiſſe teſtis eſt Probus Aemilius. Quis legem illam commendabit, qua truncādi capitis (ut ſcribit Feſtus) pœna in eum eſſet cōſtituta, qui tantulam ex alieno ficum ſuſtuliſſet? unde iam in omnes linguas συκοφαντία pro calumnia ſit peruagatiſſima? Lacedæmoniorum uero legem quid attinet commemorare? qua neceſſitas etiam maneret, furtis pueros aſſuefieri, ut Xenophon ſcribit, ad hoc etiam magiſtratu conſtituto, cuius monitis ductúque diſcerent ingenioſius furari, cum foris lignando, tum intus ſuffurando, dummodo quibuſdam quæ uel lege expreſſa eſſent, abſtinerent. Samijs quoque par furtorum impunitas memoratur à Plutarcho: quemadmodum & Cilicibus rapto uiuere probatiſſimum conditorum ſuorū authoritate, idipſúmque Thracibus honoratiſſimum eſt habitum, & nobilitatis argumentum, dum latrocinijs interim adipati, ociari iudicarent æquiſſimum. quod nō

Declaratio Pauli ad Roma. cap. 1. ibi uolatiliū &c.

Declaratio I. ſuſtibus. ex quibus cauſ. inf.

Furti & rapinæ impunitas.

ἀφιλικώτατον modo, ſed & odio ſupplicióque ſit digniſsimum. Porro Carthaginienſium decreta quis noſtris anteponet? qui iuſtiſsimum profiterentur Idolo Saturni filios impuberes imolare, cæteri uero Pœni Herculi quotānis humana ſacrificarent uictima: unde apud Ennium,

Pœni ſoliti ſuos ſacrificare puellos.

Proinde Tauroſcytarum, Napæorum, illiſque uicinorum populorum leges uix te probaturum exiſtimem, qui aduenas imolare ſoliti fuerint, illorúmq; capita templi ualuis prefigere legitima uenationis eſſe ſacrificia rati. ſane quālibet philethnicus ſis, illā Aethiopū cæterorūq; antropophagorū politiā minime laudaris, quorū uſitatiſsimi fuere cibi humana uiſcera: aut deterrimā illā Bactrianorum inſaniam, qui canes humanis carnibus ad uſum belli paſcerent, ſeneſcentes homines illis obijciendo. At uero gentium commēdatiſsimum πολίτευμα Romanorum forſan obijcias. quaſi uero compitalibus in ludis Maniæ deæ, matri Larium pro ſoſpitate familiarum pueros mactare non fuerint ſoliti: quod ad extremum penè Reip. tēpus perſtiterit. ſiquidem DCLVII. urbis anno Cn. Cornelio Lentulo, P. Licinio Craſſo Coss. Senatuſconſultum factum eſt, ne homo imolaretur, palámque in tempus ſiluit prodigioſi ſacri celebratio, in quo religioſiſsimum habebatur hominē occidere. Num uero ſingulare iniquitatis & impolitiæ exemplum patria poteſtas illorum fuit, cum XII. tabulis ſit inſtitutum (ut inquit Halycarnaſæus) ut ſiue necare, ſiue uerberare, ſiue ruſtico operi damnare innoſcentem inauditum & indefenſum filium, ſiue uendere, patri in omne tēpus poteſtas eſſet? uel ad tertiam uſque auctionem, ut ſi ſemel nundinatus à patre filius, ab hero clementiore manumiſſus foret, iterum genitoris uenalitium, ut ante mancipium fieret? nec niſi poſt tertiam auctionem à truculentia tutus eſſet? quo quid immanius? quid

Execrandum ſacrū Lariū.

Declaratio paragr. 1. inſtit. de patr. pot.

ἀπολιτικώτερον & à pietatis Chriſtianæ pulchritudine remotius? atqui T. Caius Iuriſcõſultus id proprium ius Romanorum eſſe dicit. credo, quod (ut ait Euripides) omnibus hominibus profectò filij ſunt anima. Atque celebratiſſimum ſit de intolleranda iniuſtitia dictum, πρὸ τῆς ἀπολογίας ψῆφον φέρειν, id eſt, ante defenſionem ferre iudicium. Ita plane ante Chriſti iuſtitiã religionemq́;, nihil huic mundo præter Cymmerias tenebras uagatum eſt. eſt enim ille iuſtitiæ uia, omníſque ſapientiæ lumen. Quod & Darius ille Monarcha Cyri filius ingenue confeſſus eſt. Cum enim uitæ finem inſtare ſentiret, ita precatus dicitur: O domina, ſiqua es uſquam iuſtitia. exoptatam quidem ſibi teſtans iuſtitiam, nullibi tamen gentium cum annos L X. laudabiliter imperaſſet, inuẽtam. nimirum ipſa eſt Chriſtus, ut eſt apud Paulinum:

Chriſtus uera iuſtitia.

Hic ueritatis lumen eſt, uitæ uia,
Vis, mens, manus, uirtus patris:
Sol æquitatis, fons bonorum, flos Dei:
Namque argumentum mutuum eſt,
Pietatis eſſe Chriſtianum, & impij
Non eſſe Chriſto ſubditum.

De origine & ſucceſſu Legum. Cap. I I I.

PEREGRINVS.

NAE TV uideris urbane uir ex profeſſo uelut è dogmate Monetariano, legum omnium imperium totius ſane politiſmi ſummum apicem reuellere. at memor eſto diuinum humanæ fragilitati ſubſidiũ leges eſſe, quas merito religio ſit laceſſere. quoniam, ut aiebat Sotacus ille ſapientiſſimus, Lex deus eſt: hãc uenerare. Cum autem, ut ex Diuo Paulino recitabas, Deus fons bo

norum

norum ſit, & legum quoque condendarum ad humanæ quietis tuitionem cauſam eſſe, conſentaneum demonſtratur. Enimuero *lex nihil eſt aliud,ut eleganter* Tullius *diffinit, quàm rectā & à numine diuino tracta ratio, imperans honeſta, prohibénsque contraria.meritóque legiferum* Deum *ſanctiſsimus uates* Eſaias *cognominauit. quoniam (ut ex* Demoſthene *referunt* Iuris *authores)* Lex *inuentum atq; donum diuinum eſt.* Et *quidem ſi diligentius ſeculorum luſtra,clarorúmque populorum conſtituta uolueris percurrere,omnium antiquiſsimam legem circunciſoriā fuiſſe comperies,quæ quondam à* Deo Optimo Maximo *poſt terrarum eluuionē anno* CCCCLXXII *ſit* Abrahamo *ſancita.* Itaque *ius hoc circumcidendi præputij ſibi uideri per antiquum* Herodotus *teſtatus eſt:quoniam* Colchos *non aliunde ab* Aegyptijs *oriundos certius colligi poſſet, quàm quod* Aegypti *more circunciderentur, & olim iam* Aethiopes *illud inſtitutum in mores ſuos communi commercio tranſtuliſſe dicerentur.quamquā* Seſoſtorim *antiquiſsimū in* Aegypto *legiſlatorem* Ariſtoteles *aſſerere uoluerit.* Sed *pluribus mediusfidius ſeculis præputialem legem fuiſſe ſuperiorem argumentum eſt, quòd* Moſes *coëuus fuit* Amaſis *qui* Pharao *eſt appellatus ipſius* Seſóſtoris *filius à circunciſoria uero lege ad* Moſaicam *nomotheſiam,* CCCCXXX *recenſentur anni.unde plane colligitur* Seſoſtorias *leges haud ita multo* Moſæis *extitiſſe uetuſtiores.& ſiquidem haud ſcriptas condidiſſe leges ipſum* Seſoſtorim,*ſed ſine ſcripto aliquo ſimiles edicti iudicamus introduxiſſe: quoniam* Solinus *alijque non pauci* Cretenſes *primos gentium iuncto literis iure uſos aſſerant. poſt* Ioſuem *autem* Moſis *ſucceſſorem* Minos *extitit,primus* Cretæ Rex *& legiſlator.ex quo perſpicuum eſt* Moſem *deſcriptas primum dediſſe leges:ut ueriſsima memoratuq; digniſsima uideatur* Euſebij Cæſarienſis *ſententia.*

Lex quid

Eſaie 33.

l.2.ff.de legib.

Circunciſoria lex omniū antiquiſsima.

aſſerat quicquid priſci legum latores promulgarint, id totum à
c.legimus. 37. diſtinct. Moſæo iure ſeu Moſi diuinitus demiſſo, tanquam ſimiolos imitatos & mutuatos eſſe. Nec uero illepide ſcientias omnes exordiũ ſumpſiſſe Ambroſius, aliíque nõ pauci à lege illa diuina collegerunt. Equidem ante Saturnũ cum principũ arbitria pro legibus haberentur, & omnia ſub manu Regia eſſent, nullus gẽtes legibus inſtituebantur, cũ & mater omniũ malorũ auaritia, propter humani generis raritatem adhuc hebes eſſet. ideo dicit Poëta:

Saturni gentem haud uinclo nec legibus æquam,
Sponte ſua ueteriſq; Dei ſe more tenentem.
Primus ab ætherio uenit Saturnus olympo,
Is genus indocile & diſperſum montibus altis
Compoſuit, legéſque dedit, ſcilicet Italiæ.

Ipſum porro Saturnũ ac Minoëm, ipſámque legiferam Siculorũ
Legiferalia ſacra. Deam Cererẽ, cui ſacra θεσμοφορεία, id eſt legiferalia ſunt nuncupata: ac Mercuriũ qui Thebis, Zoroaſtrum qui Perſis, Herculem qui Celtis, Phoronæũ qui Argiuis, Amphitũ qui Heniochis apud Colchos, Habidẽ qui Hiſpanis iura condiderũt, Moſæis ſanctionibus multo fuiſſe poſteriores uidere licet: quòd Saturnus totaq; illa Deorum cõmentitiorum ætas trecẽtos circiter annos Troica bella præceſſiſſe memoratur: à Moſis uero ſeculo ad excidiũ Troianum circa octingentos annos interceſſiſſe faſtis eccleſiaſticis proditum eſt. Exemplo itaque Moſis primi Nomothetæ: cæteri
Leges à Deo. penè legum conſtitutores ad quoddam cælitum numen legiſlationes ſuas referre conati ſunt. Sicut Lycurgus altero poſt Troiæ ruinas æuo, Lacedæmonẽ legibus inſtituens, circa primã Olympiadem leges ſuas ad Delphicum Apollinem retulit. Sícq; poſtea Solon Athenis leges ferens, eas quoq; Palladis inſignijt authoritate. & Numa primus qui legibus urbem fundauit Romanam, [illegible]riæ Nymphæ ſanxit numine, aliíque plerique omnes ad certam

tam ſemper legiſlationes ſuas retulere cæleſtem uim: ita ut præclare Diuus Iacobus *aſſerit, unus ſemper eſt tantum legiſlator,* Iacob. 4. *nempe* Deus, *quamuis uarios legum conſtitutores genus humanum nanciſcatur, ut* Scytas *legibus* Zamolxis Pythagoreus *erudijt, huius uero condiſcipulus* Zaleucus Locris *leges dedit:* Androdamus Calcidenſibus *qui ſunt in* Thracia, Phaleas Carthaginiēſibus, & Phormio Philoſophus Ilijs, Hippodamus Mileſiis, Charondas Catanenſis *ſuis ciuibus, cæteriſq; illi mari punico uicinis,* Phido Chorinthijs, *atque* Chorinthius Philolaus Thebanis, Epirotis *uero ſuis* Arisbas, & *inſignis ille* Parmenides Eleatis *ſuis ciuibus.* Huius *uero diſcipulus* Meliſſus Samijs, & Architæ Tarētini *diſcipulus* Eudoxus Cnidijs, Ariſtonimus *autem* Platonicus Arcadibus, *alijque alijs philoſophante paſſim* Græcia. *Ad exploranda cuius inſtituta Olympiade ſexageſima profectus* A. Manlius, Poſthumius Albus, & Sulpitius Camerinus *leges quas* XII. Tabularum *uocant,* Romam *tranſlatas propoſuere: quibus exoleſcentibus, collabentéque* Quiritum *ditione (ut ob uolubilem inconſtantemq; Rerumpubl. conditionem nouis ſemper edictis & conſilijs eſt opus: ſicque leges humanas* Deus, Auguſtino *teſte, per huius ſeculi moderatores humano ge*neri *tribuit, atque uelut illorū organo ac præconio promulgat)* c. quo iure. 8. diſtinct. *anno poſt* Christum CCCCXXII *uiguerunt in* Gallia Franci, *quibus* Vcaſtius, Zocauſtus, Biſgatus & Solocautus *nobile ius* Salycum *ſanxerunt, quod propter admirabilem æquitatis moderationē etiam in* Græciam *penetrauit.* Gothos *uero paulo poſt partam de* Romanis *uictoriam,* Henricus *illorum* Regis *frater legibus excoluit. Cui ætati ſucceſſit* Iuſtinianus, *qui* Byzantijs *longe lateque regnantibus iura conſcripſit, legumq; ſuarum materiē à ſummi numinis liberalitate collectam fuiſſe profeſſus eſt: quem ſecutus eſt* Mahumetes, *qui* Scenitis & Mauris Ius Salycum.

à Byzantiorum iuriſditione deſciſcētibus inauſpicatiſſimas Alchorani quas uocat azoaras,ſingulari commento perſuaſit. Columbam enim ad aurem educatam Dei iuſſa ſibi inſuffiantē Spiritum Sanctum eſſe Sergij monachi conſilijs prædicabat. Tum & Venetijs libere ſeſe tollentibus Glauco Fontanus & Caluus πολιτικά τόρα iura quædam dedere. Dein Hobertus Hortenſis fuit, qui pollentibus Longobardis non illaudatas leges, quas Machildas nominarunt, digeſſit. Sic demum Papiēſibus Baldus Peruſinus philoſophus nomothetes extitit, huiúſque diſcipulus Paulus Caſtrenſis inclytæ Florentinorum Reipublicæ, ut alios mittam, quos haud ita uetus ſeculum diuina quadam generis humani procuratione pro politiarum uiciſſitudinibus tulit. Quorū ſi paulo duriora, diuerſáque uideantur inſtituta, in cauſa fuiſſe diſſimiles temporum caſus, uariáque rerū diſcrimina, ſed ut plurimum nobis incognita, cenſeas. Eſt enim ſæpenumero, ut Flaccus dicebat,

Mahumetis azoaræ.

Machildæ leges.

I *pſa utilitas iuſti prope mater & æqui.*

Quamobrem licet de legibus homines iudicent, cū eas inſtituūt, tamen cum inſtitutæ fuerūt & confirmatæ, de illis minime licet ferre iudicium, ſed ſecūdum ipſas eſt opus iudicare. ne igitur (ut præclaro ſymbolo Pythagoras ille Samius monebat) coronā carpſeris: nempe legem ipſam ſummum ſacroſanctū atque diuinum Reipub. decus & ornamentum ne ſubſannaris. eſt enim omnis in ſuperos ſolertia miſera, & uelis, ut ita dicā, remisq; fugienda.

Lex corona Reipub.

De Eunomia & dyſnomia. Cap. IIII.

CIVIS.

ABSIT *grate comes, ut de Politiſmi legumq; dignitate quicquam detractem: nam uel ad ſydera laudibus efferendā potius puto: quū & ille ſapientiſſimus inter Hebræos habitus Salomon*

lomon ſummam ſibi ſub Sole ſapientiam uideri prædicarit, qua quis oppreſſam, nutantem & afflictam ciuitatem periculorũ immunem redderet: meritoq; leges πόλιων ἡγεμόνας, id eſt, ciuitatũ duces, Ariſtides ille iuſtus appellatus cognominarit. nã, ut Tullius pereleganter dicebat, Lex uinculum eſt publicæ dignitatis, hoc fundamentũ libertatis, fons æquitatis, mens & animus, & conſilium, & ſententia ciuitatis poſita eſt in legibus, utque corpora noſtra ſine mente, ſic ciuitas ſine lege, ſuis partibus ut neruis ac ſanguine, membriſq; uti non poteſt. Verũtamen & quãdam eſſe in rebus publicis prauam ac peruerſam legum diſpoſitionem non es neſcius, quam Græci δυσνομίαν appellant, quã ſane noſtrorum decretorum pulchritudini æquitatiq; poſtponendam citra quodquam dogmatis delyrium exiſtimamus: nam & de legibus iniquis nũcupatim inſcriptum librum Theophraſtus compoſuit, ceu argumentum hac in philoſophiæ parte cognitu perneceſſarium, maximeq; celebrandum. Qua de re Socrates in libris de Repub. peius eſſe tradit errare circa legiſlationẽ ac poſitionem, quàm homicidium perpetrare: quòd lapſus eiuſmodi in numerorum uitam per multa ſecla præcipitẽ in ruinam trahat. Meritóque Nomophilaces magiſtratus fuerunt in Græcia conſtituti, qui an bene uel male leges euaderẽt, in annos recognoſcerent, notatis, obſeruatiſq; negotiorum euentis caſtigarent. Ideo prudenter aduerſus Leptinæ legem Demoſthenes Atheniẽſibus denunciat ſtudioſe curandũ, ut omnes leges rectiſſime ſint cõſtitutæ: maxime uero, per quas ciuitas parua, magnáue fiat. nã offendunt improbæ leges, uel ciuitatem illam quæ tuto coli putetur. Cuiuſmodi leges illæ ſunt, quæ bene agentibus honores, contráque facientibus pœnas rependant. Si enim omnes prout ſanciuntur legibus pœnas ueriti male facere deſierint, aut merita præmia conſequẽtes probe agere perſtiterint, quid obeſſe poteſt,

Eccleſiaſt. 9.

Leges Reip. duces.

Nomophilaces.

Quibus ciuitas magna fiat.

cur maxima non euadat ciuitas,omnéſq; boni ſint, improbus uero nullus? Sed quantis, quáque deteſtandis terroribus in malarum legum & conſtitutionum authores, Deus apud Eſaiam *inuehitur?* V*æ illis,inquit, qui condunt leges iniquas,& præſcribentes iniuſtitiam conſtituerunt,quo in iudicijs pauperes opprimantur,& uis fiat cauſis tenuium hominũ,ut ſint uiduæ præda, orphanóſque diripiãt.quid in die ſupremæ calamitatis,quæ iam uos manet,facietis? ad cuius confugietis auxilium? ubi tandem gloriam ueſtram niſi ſub uinculis,& cum miſere ceſis reponetis? Super his omnibus non eſt* Dei *furor auerſus,ſed iam iam extẽta manus.Quo circa uides quàm acri,incenſóque fulmine legum uitiligatoribus,atque tortoribus iuſtitiæ ille interminetur,cælũ qui numine torquet.nec mirum,quum* Ethnicorum *& à* Dei *notitia ſeiunctorum dyſnomiam,legéſque perabſurdas,& ut ita dicam,illeges eluſerimus.*Nam *rectam iuris, legúmque cõſtitutionem,quam ueteres* εὐνομίαν *dicunt, quis niſi plane uecors & inſanus quærat reprehendere? cuius beneficio libero uitæ ſpiritu fruimur,fortunas & opes obtinemus,tutóque ſomnũ ipſum capimus,& qua non minus quàm cibo,hiſque noſtræ ſalutis quotidianis elementis carere poſſimus.Quantum autẽ ærumnarum illa iuris diſſolutio conuehit, tantum iucunditatis eunomia ſuppeditat,ut luculenter Solon dicebat:*

Oraculum in dyſnomicos. Eſaiæ 10.

Commoda publicæ diſciplinæ.

ὡς κακὰ πλεῖστα πόλει δυσνομία παρέχει
εὐνομία δ' εὔκοσμα καὶ ἄρτια πάντ' ἀποφαίνει.

Quàm legum improbitas urbes offendere ſolet,
Tam paria concinnaq; facit eunomia cuncta.

Quamobrẽ cum nihil Reip.*melius ſit, quàm leges recte poſitæ, grauiſsima debet apud omnes eſſe recti iuris & legum ſanarum cura.* Ad *rectam porro legum conſtitutionẽ, monuit* Iſocrates *ut prius exquiramus in ſumma iuſtas & utiles ſibiq; cõſentaneas:*

dein

dein, ut ſint quæ quàm minimas quæſtiones, ſolutiones autem quàm fieri poſſit celerrimas Reip. *præſtent. nihil enim legũ profeſſioni uitioſius, quàm cæcis quæſtionibus, & tanquã* Dedaleis *ambagibus illarum implicari ductu. Quapropter & ipſe* Chriſtus *tenebriones iſtos iuris, ac cõfuſos legum diſciplinæ proclamatores acerbius cõdẽnauit.* Veh *uobis, inquit,* Legiſperiti, *quia cum ſciẽtiæ clauem tuliſtis, ipſi non introiſtis: & eos qui introibant, impediſtis. Quo etiam laborarũt uitio leges illius* Antiochi *magni* Aſiæ Regis, *qui capitali plectẽdum ſupplicio ſanxit,* Antiochi interdictum. Si quis Moſaicum uolumen, *prophetarúmue libros haberet, níue* Deorum *ſimulachra uenceraretur. & illa* Sophoclis *quam* Athenis *rogauit,* Ne quis *philoſophus ſtudiorũ gymnaſia regeret. & ſi quæ ſimiles, quibus iuſtitiæ lux, ueritatisq́; uia præcluditur. faciles enim & perſpicuas oportet omnibus eſſe leges. nam cum omnium uitam præcepta legum conſtringant, omnibus eſſe prõptas & cognobiles decet.* Ideo Seneca *legẽ breuem eſſe debere monebat, uelut uocem diuinitus emiſſam, quo facilius teneatur & obediatur. alioquin leges quamlibet rectas & probas in dyſnomiam cõuerti poſſe conſtat. nam, ut ait* Ariſtoteles, *habere bonas leges, non id eſt ſi recte ſint poſitæ, nec eis pareatur. una itaque recta legum eſt cenſenda conſtitutio, ut ait philoſophus, legibus parere, id eſt æquo ut iure in pauperes ac diuites ſeruẽtur. Qua de re ſimiles telis aranearum fieri leges conquerebatur* Leges aranearum telæ. Anacharſis *unus ex ſeptem* σόφοις, *quod quemadmodm illas muſcæ grandiores facile præteruolent, minuſculæ uero teneãtur irretitæ, ita in praua* Rep. *potentiores, gratiáque multorum freti homines omne ius fáſque impune perrumpant, pauperes legum uinclis pœníſque illaqueentur indigne.*

Quid triſtes querimoniæ, ait Flaccus,
Si non ſupplicio culpa reciditur?

Quid leges ſine moribus
Vanæ proficiunt?

Idcirco dignum animaduerſione uidetur, quod apud Thucydidē
Cleonis uera ſententia. Cleon *protulit, melius agi cum ciuitate quæ malis legibus dum*
modo conſtanter utatur, quàm cum ea quæ bonis ſed inconſtāter:
utiliorémque imperitiam eſſe cum modeſtia, quàm peritiam cum
immodeſtia: ac tardioris ingenij homines commodius plerunque
Remp. *adminiſtrare, quàm ſolertioris. nam iſti cum ſapientiores*
legibus uideri, tum ſemper in Reip. *conſultationibus dicendo cu*
piunt, tanquam alia ſeges nulla ſit amplior in qua uires ingenij
oſtentent: unde magnis ſæpius incommodis afficiuntur Reſpubl.
Illi uero ſimpliciores ſuæ diffidentes imperitiæ, nō abnuūt ſe le-
gibus imperitiores eſſe: & cū inualidiores ſint, quàm ut ornate
dicentis orationē refellant, ex æquo potius & bono Iudices *quā*
cōcor. parag. de præſidib. prouinc. *concertatores ſunt: ideo plerumque illis proſpere cedit.* Altera
uero proba legum eſt conſtitutio, ut ne quid ſceleſti iuris ſtatua-
tur, ſed ut leges ex uirtute ſint poſitæ, iuſtæ, honeſtæ, poſſibiles,
c. erit 4. diſtin. *ut ait* Iſidorus *ſecūdum naturam & conſuetudinem loco tempo-*
ríque congruētes, utiles, neceſſariæ, manifeſtæ, pro cōmuni com-
modo conſcriptæ. ideo enim Lycophron *uetus philoſophiæ ſecta*
tor, legem diffiniebat communem conuentionem & uelut ſponſio
nem quandam cuique iuris ſui inter ciues obtinendi: iſtáque ra-
tione legum adinuēta fuit ſcriptio, ut cum omnibus ſemper una
eademq; uoce loquerentur. ius enim ſemper eſt quæſitum æqua-
bile, quódque omnibus eſſet commune, neq; enim aliter eſſet ius.
Sed ô beatam ac nunquam ſatis commendatam Chriſtianiſsimi
politicen, quæ tam perfectam iuris moderationem tótque iuſti-
tiæ numeris cumulatam eunomiam ſit aſſecuta. cuius radijs tot
dyſnomiæ monſtra fuſa, fugata, deletáque fuerint. Nimirum *ab*
Epheſ. 2. *ſtellanti illo cælorum regno* πολίτευμα *noſtrum trahimus, ut*
Tharſenſis

Tharſenſis Apoſtolus teſtatur,accepta ſcilicet internūcio Chriſti diuina Euangeliorum hieronomia. Is eſt Chriſtus , ut apud Claudianum:

Vox ſummi ſenſúſque Dei quem fudit ab alta
Mente pater,tantíque dedit conſortia regni.

Per ipſius itaque Chriſti teſſeram ciuitatíſque conceßionem,acceſſum ad Dei Opt. Maximi Regiam habemus, Diuorum ciues & ipſius Dei familiares ac domeſtici ſumus. Quin,ut eſt apud D.Iohānem,non ſolum ciues, ſed Sotheris noſtri triumpho de tenebrarū ducibus parto,omnes Reges ac antiſtites euaſimus.per me licet itaque legum & politices authoritatem diuinā ac ſemper auguſtam aſſeras. uerum quod tandem bone uir Monetarianum eſt dogma,cuius nos uiſus es inſimulare? Apocal. 1.

Libertatem Euangelicam non uitam ineffrenem, ſed εὐθυμίαν eſſe. Cap. V.

PEREGRINVS.

Noua quædam eſt hæc perditorum & opinioſorum hominum (quos Catabaptiſtas alij uocāt)hæreſis,qui Thoma Monetario Thuringio duce atque authore,ceu Corybantes importunis gregibus collecti,aliquot populis concionando,peſtilentißimas furoris ſui tædas ſubmiſſerunt, omnes in neſcio quam tetram fœdámque libertatem uendicandos,ſermocinati, ne quicquam inter pios ualere leges,tribunalia, iudiciáque ſummam eſſe religionis fœditatem,magiſtratus & imperia prorſus euāgelio contraria: Priuatorum opes omnes omnibus communes:Tributa ac uectigalia Chriſtianorum opprobria:Leges ac Iuriſprudētiæ Academias Tartareas officinas eſſe.Denique ab omni hominum conſilio,cōſtitutione ſolutos & αὐτονόμους ita eſſe debere, ut ſolo quiſq; af- Libertas Cynica.

D

flatu diuino uitam regat, quod ſibi inſpirari & inferueſcere ſenſerit, legis cenſendum loco atque ſit, ut apud Plautum *in iure* Il-

Illex. *lex, hoc eſt uiuens ſine lege, ſine iure, labes populi.* CIVIS. *Horrendam ſane factionem, haud ita tamen recentem & inauditam commemoras. in eandem etenim mentis effrenationem, ut ethnicos multos prætereã, è noſtris quondã condeſcẽdere* Cherinthiani, Manichæi, Pepuſiani, *&* Chiliaſtæ *alijque, quorũ iãdiu fracta & exploſa eſt ſententia, omniumq; ſapientum conſenſu reprobata. quod enim tempus ſatis tutum, quis ſatis munitus reperiatur locus, qui mechorum latronum ac ſicariorum furorem & audaciã à fortunis noſtris, à liberis ac cõiugibus, atq; à ceruice noſtra poßit arcere, ſi quod cuique collibuerit id numinis inſtinctu tanquam illius* Arabicæ *columbæ ſuſurris facere credendum*

2. Corin. 3. *ſit? Atqui ſubtiles iſti ex* Paulo *clamitant:* Quæ *ſpiritu dei aguntur, non ſubijciuntur legi, quoniam ubi ſpiritus domini, ibi libertas: & ſpiritus ubi uult, ſpirat. Quam uero libertatem illi accipient? num ineffrenem & exlegem degendi conditionem? quod ſi hanc interpretentur libertatem, ut omnino uelint uiuendi licentiam, atque facultatem quamlibet ſcelerate faciendi, quæ pax, quæ iucunditas ac uitæ ſecuritas conſtabit, cum uoluntatem quiſque ſuam dominari contenderit? ac eueſtigio contrariam certatim innumeri propoſuerint? nam*

Velle ſuum cuique eſt, nec uoto uiuitur uno.

Equidem quoquo momento mille naſci dißidia, neces ac ſtrages opus erit. uerum ſi placet iſtis undique ratiocinari ubi nec ſpiritus domini erit, ibi nec libertatem à lege eſſe neceſſum eſt. cum autem incertæ ſint hominum uoluntates, ſolúſque Deus *earum ſit ſcrutator, tutius ſane ſit certæ legi quàm incertæ gerere morem. itaque libertatem aliam intelligant opus eſt. Quod ſi* αὐ-

Sapientis αὐτονομία. τονομίαν *ſentiant illam quam cum multis philoſophis* Antiſthe-

nes

nes Athenienſis aſſerebat, qui ſapientem eſſe dicebat αὐτάρκη, *id eſt, ſibi ſufficientem, atque uiuere non quidem ſecundum leges ab alijs hominibus poſitas, ſed iuxta uirtutis normam ſentiens, quid non ideo faciendum aut uitandũ, quia leges id uetent aut imperent, ſed quia ratio dictet hoc eſſe honeſtum, id uero turpe? neq; enim uirtutem coactam perfectam eſſe uirtutem? ſit hæc quidem acceptior ac uẽdibilior interpretatio, ſi forte tãta omnes ſanctimoniæ fidei ac ſapientiæ facultate freti ſint, ut nullis legum monitis, nullis magiſtratuum conſilijs opus uideatur: uerum cum corpora noſtra* Adami *protoplaſti uitio tãquam fermento infecta (ut eſt mali corui malum ouum) ad peccandum natura proſapiæ ſuæ imitatrice ferantur procliuiora: nec plane, uel prudẽtiſſimi prauas cupiditates & affectiones, quas* Græci ὁρμὰς *dicũt, prohibere poſſint, ut* Chriſoſtomus *atteſtatur, præſtat equidem certa probatã, conſtitutáque regula, quàm propria appetitione gubernari.* Qua *de re* Ariſtoteles *qui legem, inquit, dominari uolunt ciuitati, uidẽtur iura,* Deúmque *dominari uelle. qui uero hominem dominari forte ſtatuunt, hi addunt, & feram: ſiquidem huiuſmodi quiddam eſt cupiditas. nam & excandeſcentia magiſtratus ipſos, & uiros quãlibet bonos deprauat: uerum lex mens eſt appetitione uacans.* Et *hercle cũ apud* Apoſtolum *duplex homo ſtatuatur, interior nempe animus, atque exterior, ſcilicet corpus iſtud quod cernimus: totidẽ quoque ſeruitutis ac libertatis genera colligimus, ut corporis libertas, aut ſeruitus ſit hominis ſtatus captiuitate, poſtliminio, manumiſſione, cæteriſque iuris formulis introductus: mentis uero ſeruitus intelligatur contracti ſceleris ſolicitudo ac noxa, quæ noctes diéſque quaſi furialibus igniculis male ſibi conſciam mentem exeſt, & excruciat. à qua perturbatione cum* Chriſti *ſeruatoris ergô liberati, ſempiternæq; felicitatis pollicitatione ſumus erecti, in li-*

c. hac ratione. 31. queſt. 1.

2. Corinth. 4.

D ij

bertatem quidem uindicati ſumus, uidelicet ἀταραξίαν, id eſt ſtatum, quo mentis perturbatione, ſempiternarúmque tenebrarum metu uacui ſumus, cæteróqui membris iſtis ac corporibus ſeruimus legibus ac magiſtratibus. Itaque Paulus eleganter interpre-
Roma.8. tatur: Lex, inquit, Spiritus uitæ per Chriſtum, me liberū à iure peccati, mortisq; reddidit. Ego mente quidem ſeruio legi Dei: carne uero legi peccati. & Vos in libertatem uocati eſtis, tantū
Galat.5. ne libertatem in occaſionem detis carni: Caro enim aduerſus ſpiritum concupiſcit, ſpiritus aduerſus carnem. is eſt enim omnibus aculeus ac fomes naturæ relictus à Deo, ut ſine peccatorum ſi, ceu ſine pelle naſcatur nemo: ut in ipſis, uel ſanctiſſimorum uirorum membris reſiduam Paulus, qui etiam ſupra ſydera ſublatus fuit, conqueratur. Quod non uolo, inquit, hoc facio, cōſentio legi quòd bona ſit: non tamen illud ego iam ago, ſed inhabitans in me peccatum. noui enim quod non inhabitet in me, hoc eſt, in carne mea bonum. ex quibus patet in omnibus quamlibet iuſtis & pijs propenſionem, ac ſtimulum peccandi reliquum eſſe, meritóque corpora noſtra, etiam num ſerua, & legibus eſſe ſubiecta.
1.Petr.2. Quod diuus quoque Petrus docuit: Subiecti eſtote omni humanæ creaturæ propter dominū, ſiue Regi quaſi præexcellenti, ſiue Ducibus tanquam ab eo miſſis ad uindictam malefactorū, laudem uero bonorum: quia ſic eſt uoluntas Dei, ut ſtolidorum inſaniam benefacientes obmuteſcere faciatis, quaſi liberi ac nō uelut prætextum malitiæ libertatem habentes, ſed ſicut ſerui Dei. Nec uero minus liberi, quòd ſerui Dei dicamur, uideri debemus, cum ſeruire Deo regnare ſit: & ut ait Propertius,

Libertas nulla melior maiórue poteſtas,
Quàm ſeruire Deo.

Seruit autē Deo, qui legem illius obſeruat, id eſt, generis humani charitatem cum diuina copulat & conſeruat. quum igitur illi

uociferãtur, Qua libertate Chriſtus uos liberauit, ſtate: nec rurſus iugo ſeruitutis implicemini: ubi Spiritus, ibi libertas. iſta quidem de animi ſercuritate & imperturbata alacritate, ac altera quadam εὐθυμία, quam Democritus *appellabat, intelligendũ eſt:* Democriti. εὐθυμία. *hoc eſt de quadam confidentia, ſecuritate, & animi quaſi tranquillitate, ſecundũ quam animus æternæ beatitudinis ſpe tutus, nullis tyrãnorum minis ac imperijs, nullo tormẽtorũ terrore deuinctus, nullo tartareæ mortis metu, aut alia perturbatiõe quatitur, aut percellitur: ipſam etenim εὐθυμίαν* Democritus *ſummũ eſſe bonũ aſſeruit: non autẽ ad corpoream libertatem, quẽadmodum illeges iſti ſomniant, eſt referendum. ſunt enim hæc μυστικότερα, celſioráque quàm ut de fece carnis hauriant.* Nam *& iu*- Iubilei libertas. *bileum apud* Hebræos, *quinquageſimo quoque anno in eiuſmodi religioſæ tranquillitatis & libertatis ſymbolum extitiſſe celebratum prodidere theologi, quo ſcilicet debitores à creditoribus laxabantur, ſeruíque in libertatem aſſerebantur, ut promiſſam tandem, expectatámq; primæuæ culpæ remiſſionem, & tãquam manumiſſionem à conſeruatore* Chriſto *latam iri præſentirent.* Nunquam *autem naſcente* Chriſtianorum *eccleſia uiſum, ut libertatem euangelicam legum excidium ac magiſtratuum internitionẽ intelligerent. Qum arctiores illius fuiſſe leges hodiernis comperias. nam, ut eſt apud* Lampridiũ, *cum* Alexãder *ille* Mãmea *natus* Imperator, *procuratores ꝓuinciarũ, id eſt rationales creare, præfectóſue delegare uelet, illorum nomina proponebat, populũ hortans, ut ſi quis contrà criminis quippiã haberet, obijcere liceret, ſi manifeſte probaret: ſi nõ probaſſet, capitis pœnam ſubiret: graue dicẽs eſſe, cũ id* Chriſtiani *facerẽt in ſacerdotibus* Vetus Chriſtianorũ mos. *promouendis, non fieri in prouinciarum rectoribus. hoccine iam in faciendis ſacerdotibus, in deferendis ſacerdotijs, aut magiſtratibus obſeruatur? nihil ſane minus. haud ergo libertas* Chriſtia-

na diſſoluta, exlex & inordinata uita uenit interpretanda: cum recens & ab Euangeliſtarum *ore pendens eccleſia, duriores noſtris ac rigidiores leges, conſtitutionesq́; habuerit ac coluerit. Quis uero (ut apoſtolorũ geſta ſubticeam) non ſeueriſsimas tuliſſe leges* Clementem Petri *ſucceſſorem, quos canonas dicunt, cognouit? ut cæteras illorum conſtitutiones quæ in quotidiano ſunt uſu prætercam. Sane ſi rerum omnium uniuerſitatem diligentius circunſpicias, cuncta legum imperio, præſcriptoq́; fieri, & quaſi quadam legum mente dirigi uideas. Vnde legum genera uetus* Academia *quatuor fecit, quibus omnia quæ ſubter & ſupra*

Diuina lex. *ſint, teneri colligat. Prima* θεῖος νόμος, *id eſt diuina lex, eſt quam* Plato *diuinam prouidentiã appellat, quæ omnium mortaliũ & immortalium eſt regina, teſte* Pyndaro: *quippe quæ ſummi rectoris & domini ſit numen, uolũtas & conſiliũ, ut* Tullius *de finibus ait, qua* Deus *uel ſupra cælos cæleſtem hierarchiam diſponat, & diuos illos indigẽtes ius regũ nunc quoque nactos regit,*

Pſalm.81. *quemadmodum* Pſaltes *atteſtatur:* Deus *ſtetit in ſynagoga deorũ: in medio autẽ deorum deos dijudicat. ideo &* Euridides *ait:*

ἀλλ' οἱ θεοὶ σθένουσι χ' ὡ κεῖνων κρατῶν
Νόμος. νόμῳ γὰρ τοὺς θεοὺς ἡγούμεθα.
At dij ualentes, léxque Diuis imperans.
Etenim uel ipſos cenſemus lege Deos.

Huic igitur legi mens quoque ſapientum ac Chriſtianorum *eſt ſubdita, quemadmodum & omnia illi rerum parẽti & creatori*

Lex fati. *ſubiecta ſunt. Alteram eſſe uolunt quam* νέμεσιν *uocant ius ſublime numinis efficacis, partilibus præſidens fatis, ut ait* Ammianus, *quæ uelut terrenorũ arbitra cauſarumq́; ſuarum diſceptatrix urnam ſortium temperet, accidentiũ uices alternans: ſtatutúmque intra mundi clauſtra rerum ordinem continuo quaſi filo cõſequentium explicet, incepta noſtra interdum alio quàm*

quo

quo tenderent exitu terminans. à qua lege omnis anima intellectualiter uiuẽs exempta ſit ac libera(ut Diadochus Proclus *diffinit) eáque ratione pœnis legibúſque delicta ſunt ſubſiſtenda: cũ mentium impetus liber, propria moderari uoluntate poſsit, illi tã tum rerum terreſtrium ſtatus ſubiectus eſt: unde apud* Naſonem,

Siue ita naſcenti legem dixere Sorores,
Et data ſunt uitæ fila ſeuera meæ.

Tertiam *naturalem legem ſtatuunt, qua rerum creatarum uires in opus proprium per certa media tendunt, quæ conuexos cælorum fornices, ordinatiſsimaq; ſtellarũ emblemata, tot curſus maris, tanta terrarum ſuſpẽdia regat: de qua diuina apud* Salomonem *ſapientia, Quando (inquit) certa lege gyróq; uallabat abyſſos: cum ſurſum æthera ſtabiliebat, & librabat fontes aquarum: cum circundabat terminum mari, & legem ponebat aquis ne tranſilirent fines ſuos, & fundamẽta terræ appẽdebat, fui quoq; cum eo artifex. hac autem lege non homines ſolum (ut aiunt iuriſcõſulti) ſed omnia quæ cælo, terra, mariq; naſcãtur, cenſentur:* Lex naturalis. prouerb. 8.

Quid enim terríſque polóque
Parendi ſine lege manet? ait Statius.
Habent & numina legem,
Seruit & aſtrorum chorus & uaga ſeruit
Luna, nec iniuſſæ toties redit orbita lucis.

Poſtremam legis ſpeciem humanam intelligunt prudentiam, quæ ex bonorum malorumq; delectu recti ſit præceptio, prauiq; depulſio, iuris & iniuriæ regula, ſocietatisq; ciuilis compoſitio. Cuius quidem legis proprium ſit (ut ait philoſophus) honeſtos & bonos reddere ciues, à qua quidem, etſi liberos animos eſſe cõſtet, corpora tamen illi ſerua eſſe neceſſum eſt. Itaque huius munus adeò moleſte ferre Monetarianos, *& commune ſubſidium imbecillitati humanæ poſtponere, ſatis admirari non poſſumus.* Lex humana.

1.Timo.1. Cum(apoſtolo teſte)lex bona ſit, ſi quis ea probe utatur: ſciens quod iuſto non ponitur, ſed iniuſtis. Quapropter cum uitæ ſecuritas, libertasq; legum, conſiliorumq; politicorum rationibus cõ- l.1.parag.optamus. C. de of.præf.præt. af. tineatur, idque leges ipſæ communes profiteantur libertatẽ uitæ noſtræ lumen eſſe: Politicam conſtitutionem non modo ſummum orbis bonum, ſed nimirum audebo uel ſolum dicere.

Cauſam legum & fructum perpetuum eſſe. Cap. VI.

PEREGRINVS.

ATQVI factionis iſtius non obſcurus ſcriptor Scaplerus, fautoresq; non illiterati legem(apoſtolo teſte) clamitant παιδαγωγίαν Gala. 3. Ro.7. Matth.11. Lu.16. tantum ad Chriſti iuſtitiam fuiſſe: ad Iohannem uſq; baptiſten perſtitiſſe legem. nam ubi fides Chriſti adoleuit, & plenum iuſtitiæ iubar illuxit, iam legum tutelam, cuſtodiamq; remotam, & uelut egena infirmáque elementa leges euanuiſſe. CIVIS. Imò uero continuatam perpetuatamq; legis authoritatem à Chriſto concedent, ſi uerbum illius eſſe confiteantur. Omnis plantatio quam non plantarit pater meus, eradicabitur. Matth.15. nam cum lex Dei ſit inuentio, atque plantatio, ut quæ in monte Syna digito Dei quaſi cæleſti ſignaculo ſculpta fuerit: à contrario ſequitur, legem reuulſum non iri. maxime uero, cum & is ipſe alibi proteſtetur ſe non ueniſſe ad diſſoluẽdam, ſed ad adimplendam legem. Et quidem dignius uidetur admiratione, quòd & homines literati tanto delyrio ſuffragentur. num enim perpetuæ ſunt habendarum implorandarumq; legum rationes? quum(ut Demoſthenes diffinit) νόμοι τὸ δίκαιον καὶ καλὸν, καὶ συμφέρον βούλονται, καὶ τοῦτο ζητοῦσι, καὶ ἐπειδὰν εὑρεθῇ, κοινὸν τοῦτο πρόσταγμα ἀπεδείχθη πᾶσιν ἴσον καὶ ὅμοιον: καὶ τοῦτ᾽ ἐστὶ νόμος: leges inquit, Duæ cauſæ legum. quod iuſtum, honeſtum & utile ſit, cupiunt, idq; ipſum quærũt. poſt uero quàm inuenerint, id commune præceptum exponunt omnibus

omnibus æquabile, ac perſimile, & hoc eſt lex. Subinde uero duas legum ſciſcēdarum eſſe cauſas memorat; unā ne quod prauum ſit committatur: alteram ut delinquentes caſtigati, cæteros exem plo reddāt meliores. quas quidem cauſas cum perpetuas eſſe uideamus, cur non perpetuatam legum uim dicere liceat? cur onus Aethna *grauius legem iſti arbitrētur? Quis enim (dicebat* Iob) Iob 15.
à ſorde mundus? nemo me hercule nemo, & ſi ſolius diei uita ſit illi. Quod ſi dixerimus (ait diuus ille Boanerges) *quòd peccatū* 1. Ioan. 1.
non habemus: ipſi nos ſeducimus, & ueritas à nobis abeſt. quod ethnicus quoque poëta Aſcræus *confitetur:*

τὴς τὴν μὲν κακότητα καὶ ἰλαδὸν ἔστιν ἑλέσθαι
ῥηιδίως. λείη μὲν ὁδός, μάλα δ' ἐγγύθι ναίει

Mortales *uitium penitus labuntur in omne.*
Nam *uia perfacilis, quæ iam naſcentibus hæret.*

In tanta uero ſcelerum ubertate, cum tāta ſint quidam arrogantia, tātisq; ceruicibus, ut inter tot legum retinacula, tot iudiciorum formidines, tantam gehennæ interminationem, quiduis audeant perpetrare. pudorem ac temperantiā diligit, qui leges honeſte uiuendi magiſtras, ſplendore conatur ſpoliare? uirtutem ac fidem ſanctā ducit, qui coniugum ac liberorum impietatem admittat? religionis cultum ac propagationem charam habet, qui tantam impudentiam cum tanta modeſtia commutandam, nullos ſacrorum ritus ſanciendos concionetur? Aſt *forte* Cynici Diogenis *argumento, libertini iſti fulciuntur: qui ita iuriſconſulto cuidam ratiocinabatur, inutiles ſibi uideri leges, ut quibus boni non egerēt: mali uero nihilo fierent deteriores. cuius anteriorem rationem uideatur &* Xenocrates *confirmaſſe, quem dictitaſſe ferunt, quæ cæteri metu legum ſolerent inuiti facere, illa uere philoſophantes ſponte ſua facere, ſoloq; officij ſtudio conceptam uirtutis notionem obſeruare: poſtremam autem* Antiſthenes *cō-*

E

munire poſſit, qui coactam uirtutem haudquaquam uirtutẽ eſſe perfectã affirmaret. Sed infirmis plane rationibus philoſophaſter nitebatur. nam etſi iuſtis & ſapientibus quantum ad ſe attinet, non ſint leges neceſſariæ, quoniam ſapiens eſt ſibi lex, qui uirtutum ſummum culmen adeptus, quæ uirtutis ſunt, ſapit & colit, & in eo legẽ ſuperat, quòd ea inſtructrice nõ opus habeat: & ut ait Ariſtoteles, ea nullo imperante faciat, quæ uulgus metu legum: attamen ad ſui tuitionem illis ſunt utiles ac neceſſariæ: malis uero maxime ſalutares, quòd cum formidine pœnæ peccare timeant ac fugiant, uitæ ſuæ conſulant: ita utriſque ſint auxiliares. Siquidem legibus freti homines, aduerſus cuncta ſceleratorum & inimicorum tela ualẽt obſiſtere, & ad hunc uſum conſtitutæ leges ſunt, ut tuta ſit bonorum innocentia, improborum uero coerceatur audacia. Ideoq; monebat Salomon: *Cuſtodiens legem, eſt filius intelligens: deſerentes legem, laudabunt impium, & cuſtodientes legem, prouocantur in illos. Aurem autem auertens, quo minus legẽ audiat, oratio eius quoque abominatio. Quid enim tanto ſtudio dignum? quid in rebus humanis tam gratum, quàm legum authoritas? quæ diuinas humanáſque res optime, ut ait* Iuſtinianus, *inter ſe componat, omnem profliget iniquitatem, uirtutem colluſtret, bene beatéque uiuendi libertatem, rationémque ſuppeditet. Quapropter illud* Orphei *uatis carmen iure commendatur,*

Leges etiam iuſto neceſſariæ.

c. 3. diſt. 11.

Prouerb. 26.

Vos qui uirtutem colitis, uos ad mea tantum
Dicta aures adhibete, animóſque intendite uoſtros:
Contra, qui ſacras leges contemnitis,
Hinc uos effugite procul, miſeri procul ite profani.

Nec uero bonis uiris tantum ad uirtutum ſuarum præſidia leges prodeſſe, uerum pluribus etiam modis ad beatam uitæ conditionem conducere ſacrorum interpretes oſtenderunt. Primo cum

Primus effectus legis.

cum iucundiſſimus ſit ſcientiæ fructus: per legem enim agnitio peccati.unde apud Salomonē:L*ucerna eſt mandatū, & lex lux, & uia uitæ,increpatio diſciplinæ.* Ideóque & Thorat *Hebræis* Prouerb.6.
lex appellata fuit, quòd T*horati,id eſt inſtituit & erudijt. eſt enim rationi ſcilicet infirmæ faci, tāquam ſol quidam legalis diſciplina,ut eā dirigat,& quaſi uentus oppreſſam confirmet.nam, ut ait* Paulus,*concupiſcentiam neſciſſemus peccatum eſſe,niſi lex dixiſſet,*N*on concupiſces.*Hinc *ſcite* Gregorius, Lyranúſque *legem cum ſpeculo compararunt:ut enim ſpeculum næuos labesq; nobis ut eluamus refert:nihilo ſecius tamen ipſum nitidum eſt: ita lex etſi ſcelera cuncta recinat, omnia repræſentet ſupplicia, nō niſi melior eſt ac pretioſior: reddit enim nos ſummiſsiores, implorandæq; diuinæ miſericordiæ capaciores. Secundo ad quandam uitæ ſecuritatem conferunt leges, quoniam qui legitima ratione uitam tranſigere ſibi ſit cōſcius, certior ſit(ut ait* Apoſtolus*)quòd per eam uiuet. unde* Baruch *ait,omnes qui legem tenent,peruenient ad uitam:qui uero dereliquerint eam, in mortē.* Q*uocirca ait* Ambroſius:L*ex mortis carnales occidit,id eſt incredulos: ſed quia ad fidem prouocat, eadem credentes reformans eos gratiæ,ac præparās ad uitam,à legis dominio liberat: quin, ut iuſtus labor honoribus & præmijs decoratur, ita uitia ſupplicijs mulctātur.* Hinc *ſanctiones dictæ ſunt leges,ſeu extremæ legum partes,quibus aduerſus eos pœnæ conſtituuntur qui contra fecerint: adeò ut* Macrobius *illam inter leges imperfectam dici aſſerat,in qua deuiantibus nulla pœna ſanciatur.* Tertius *eſt legis effectus,ad exemplum honeſtatémque publicam retinēdam, ut aiunt* Pontifices. *etſi enim quis ſanctiſsimus, totúsque, ut ueteres dicebant,* ἐνθάσικος, *id eſt diuino afflatus ſpiritu ſit, tantumq; legi mentis ſubditus,cui legem terrenam negligere liceat:non tamen expedit,ut dicere ſolet* Paulus.*quia multus infir-*

Secundus legis effectus. Baruch 4. Tertius legis effectus.

mis & inconſtantibus in fide, circa negotia humana diſtentis & implicatis, honeſtæ uitæ efficaciſsimū inſtitutionis ſpecimen exēplum præbere debeat. quemadmodum & ipſe Chriſtus *cum à* Cæſare Auguſto *lata lex eſſet* Cenſoria*, ut recenſio fieret, & ipſe nomen profiteri, in tabulariumq; publicum redigi uoluit: nec in ciuitatis ingreſſu perſoluere portorium recuſauit. Omnes etenim leges ab uniuerſa uirtute (ut ait* Ariſtoteles*) ſunt conſtitutæ. Siquidem lex præcipit uiuere ſecundum omnem uirtutem, & unumquodq; uitium prohibet. Vniuerſalis autem uirtutis effectiuæ ſunt leges illæ quæcunq; ad publicam ſciſcuntur inſtitutionem: ac profecto leges ad beatam & honeſtam hominum uitam, & ad ciuitatum incolumitatem inuentas eſſe conſtat: eóſq; qui primum illas ſanxerunt, populis oſtendiſſe ſuſceptis illis, beatos honeſtóſq; uicturos. Eſt & quartus legis fructus, ut cupiditates ac mentis permotiones legum authoritate domitas habere conſueſcamus: nam cum nimia licentia, ut dicebat* Comicus*, deteriores fiamus: conſuetudine uirtutis habitum imbibere, obtemperantiámq; facilem parare debemus. nempe ut* Heraclytus *dicebat,* ἦθος ἀνθρώπῳ δαίμων *eſt, id eſt morum habitus quidā homini genius. Vt igitur pueris magiſtri committere ſolent, ut nucellis ludant, ne alioquin inſtabiles nonnihil ſuppellectilis frangant: ita & homines legum officijs intenti, cacodæmonum æſtus deterioráue fugiunt. quod commodiſsime dixit* Mantuanus:

Quartus legis effectus.

Mos alter dæmon.

Sæpius à placitis mens eſt arcenda, diúq;
Seruitio duranda graui: nam prona ſequáxq;
In peiora ruit: niſi lora retraxerit uſus.
Aſt ubi iam legis patiens, aſſuetáq; uinclis
Seſſori parere poteſt, quo iuſſeris ibit:
Quo uirtus, quo ſancta uocant oracula uertet.

Poſtremum legis fructum obediētiæ decus eſſe uolunt. iucundiſſima

ſima ſiquidem thura ſuperis litamus, cum in gratiam & amorem iubentis & imperantis ſummæ legis, id eſt diuinæ, legibus obſequimur. nam ut aiunt ſacra; melior eſt uictimis obedientia. 1.Reg.15. *hinc Chriſtus, qui habet, inquit, mandata mea, & ſeruat ea, ille eſt qui diligit me. & ſi quis diligit me, ſermonē meum ſeruabit.* Ioan.14. *Cui enim quis obedit, illius & ſeruus eſt, Apoſtolo teſte: non eſt autem ſeruus maior domino, nec delegatus delegante potentior.* Rom.6. *Cum uero legem ille non ſoluerit, nec nos illius clientelas derogare legum dignitati conuenit: cum legum tuendarum, colendarumq; ſempiternæ cauſæ emolumentáq; quotidiana ſint. Sed iam Legiruparum iſtorum (ut Plautus loquitur) argumentis, commētisq; reſpondeamus. Nudam illi pædagogiam ad Chriſtum legē fuiſſe, iam uero caſſum & mendicum rudimentū cauillantur exiſtere. Cedo, quam hi legem intelligant? nam ſi morum inſtituta, optiméque uiuendi præcepta uolunt abrogari, ut ante de plantationis diuinæ firmitate monuimus, ſtabilita potius credendū eſt: alioquin nulla ſalutis ſit reliqua ſpes, ſi uirtutis contemptū, officij & innocētiæ oppreſſionem permiſerimus: ſi leuiſſimorū quorumq; temeritati, audaciæ, periurio, uaſtationi cuiuſque uita ſalusq; concedatur: & niſi legum habenis, furorem, iracundiam, ac libidinem ſceleratorum coerceamus, euangelicisq; oraculis moſigeros efficiamus. At quis euangelio leges abrogari ſentiat, cum Moſæis legibus ſanguine pene tinctis, ſeueriores à Chriſto ſancitæ ſint? an non coniugibus repudij libertatem euangelium abſtulit? ſempiternáq; uinculi lege ſubdidit? quid? apoſtolus num* 1.ad Timot.2. *nouam mulieribus ſeruitutem induxit, ut in eccleſia taceant? ut* 1.Corint.14. *illas ſumptuarias omittā leges, ne auro, gemmis, ueſteq; pretioſa induantur? utq; uelato ſint capite? Quod ſi rituales ac recutitas ueterum inſtitutiones deletas ac caſſatas exiſtiment, id quidem facile cōceſſerim. Quemadmodum enim mamilla nutricis, inquit* Recutitæ ceremoniæ ceu mamillæ.

Chryſoſtomus, cum omne ſuum expleuit officium, puerumq́; ad firmiorem ætatis modum adduxit: parentibus iam inutilis uidetur, qui paruulo neceſſariam prius iudicabant: illámque iam grandiuſculo, mille proſequuntur ludibrijs: nec uerbis modo faciunt horribilem, ſed amaris etiam ſuccis oblinunt, ut ineptum pueri deſyderium, quod ſermone compeſcere nequeant, ijs commētis extinguant: ita legem illam Cerimoniarum euangelium obſcurare ac reijcere uidetur: quia iam ad lucem & pulchritudinē doctrinæ uentum ſit, ad quam illa conducebat: non quidem quòd illa mala ſit (nam & fatidica noſtræ religionis teſtimonia cōfirmat, incunabulorumq́; fidei memoriam replicat & cōſeruat) ſed ut iam iam adultos & ab illa abecedaria inanitate remotos, ad ſolidam euangeliorum hieronomiam illiciat. Itaque *naturæ miraculis declaratum eſt, Sabbatarias illas cerimonias eſſe deletas: cum* Ioſepho, Plinioq́; *teſtibus, fluuium in* Iudæa *fuiſſe certum ſit iuxta* Raphanam *urbem, quem ideo Sabbatæum incolæ uocarent, quòd per integros ſex dies alueo pleno flueret, ſeptimo ceu mox ſitientibus fontibus, hiantes ripas, aridumq́; linqueret alueum, adeò ut ſicco pedi trāſitum præberet. quæ quidem iamdudum uelut myſterijs illis legis, & prophetiarū expletis & exoletis ſunt intermiſſa.* Quapropter *à fimbriatis & ſuperſtitioſis* Iudaiſmi *iuribus quamlibet ſeſe liberos iſti uenditent: cæterarum legum præſtantiam eleuare quæſo ſuperſedeant.*

Sabbatæus fluuius.

De *quadruplici iuſtitia, & politicæ iuſtitiæ ſanctitate.* Cap. VII.

QVOD *autem tribunalia ab iſtis pſeudoleuteris uilipēdi iudicia, ciuilemq́; iuſtitiam uituperari narras, ueterē plane cantilenam, multisq́; iam theatris exploſam recinunt.* Etenim *apud*

Græcos

Græcos Thraſymachus Chalcedonius uir eloquentiſſimus, iuſtitiam hanc politicam inter mala cõnumerare dudum tentauit: & ad huius exemplum Philus in libris de Repub. Ciceronis eãdem aſſertionem exquiſitis quibuſdã rationibus excitauit: ut Manichæorum, aliorumq́; de hac re diſſertationes omittam. Cuius opinionis leuitas, quoniam à multis philoſophis theologisq́; confutata eſt, pauciorem iam orationem deſyderat: tãtum monendi ſumus, iuſtitiæ quatuor eſſe genera: quemadmodum Aegyptius ille philoſophus Plotinus in libro de uirtutibus diſtribuit: qua percepta diſtinctione, perfacilis ſit erroris Monetariani confutatio. Vnam exemplarem nempe ille deſcribit, alteram politicam, tertiam purgatoriam, poſtremam quam iuſtitiam formatam dicũt. Exẽplaris eſt, à qua ceu Archetypo, reliquæ tres quæ ſunt apud homines, proficiſcuntur: quæ in ipſa mente diuina conſiſtit, & à perenni, ſempiternaq́; operis ſui continuatione non flectitur. de qua ſapiens Iudæus inquit: Scire iuſtitiam, uirtutem & uoluntatem Dei, radix eſt immortalitatis. hinc Origenes nihil aliud eſſe Deum, quàm uiuentem iuſtitiã perhibuit. Qua de re ueteres ethnici Deam Themidem collaudarũt, ius, faſq́; cuſtodientẽ: quam ideo in cubili, ſolioq́; Iouis, id eſt uigoris uiuifici collocabant, ceu cum ſummo diuinitatis teſtimonio: illiusq́; tres eſſe filias nomine Horas cæli ianitrices Homerus tradidit, tanquam iuſtitiæ uiribus aſcenſus, & additus ad cælum pateat. Quas quidem horas quaſi hortas, Antiſtius Labeo denominat, ab hortãdo, quòd ſemper ad bene beateq́; uiuendum cohortentur. Porro iuſtitia politica illa eſt, qua boni ciues ciuilis ſocietatis cultum, charitatẽq́; ſuum cuique tribuendo, ſceleráque corrigendo tuẽtur. de qua ſcite Salomon, Iuſtitia exaltat populum: & miſeros populos iniuria facit. quamobrem pontifex Gregorius ſummum in rebus humanis bonum eſſe colere iuſtitiam, ac ſua cuiq; iura ſeruare tra-

Exemplaris iuſtitia.

Sapien. 15.

Tres horæ quaſi hortæ.

Iuſtitia politica.

Prouerb. 14.

c. cũ deuotiſſimam. 12. q. 2.

didit: eſt enim hæc una uirtus, quæ mundum ipſum omni ſcelerũ immundicie purget atque liberet, ut ipſe teſtatur Heſiodus*:*

Iuſtitiæ ſacra iura domant genus omne malorum.

Purgatoria iuſtitia. *Altera eſt purgatoria* Iuſtitia *interioris ſcilicet hominis, uirtus, qui diuini capax eſt, ſolumq́; animum beet & expiet, qui ſe religionis ſuffimentis luſtrare, & corporis contagione mundare decreuit, quæ quidem pia* Chriſti *fide quaſi diuino congiario conce*
Hebr. 11. *ditur. etenim iuſtitia dei (ut tradit apoſtolus) per fidẽ* Ieſu Chri*ſti in omnes, & ſuper omnes eos qui credunt: iuſtificantur autem gratis per illius gratiam, redemptione quæ eſt in* Chriſto, *quem*
Rom. 3. *præpoſuit* Deus *reconſiliatorem per fidem interueniente ipſius ſanguine, ad oſtenſionem iuſtitiæ ſuæ propter remiſsionem præteritorum peccatorum, quæ* Deus *tollerauit, ut iuſtitiam ſuam oſtenderet hac in re, ut ipſe ſit iuſtus & iuſtificans. ita purgatoriam quoq; iuſtitiam à* Deo *tantum impetrari* Pyndarus *ſenſit,*
Formata iuſtitia. ἀγαθοὶ δὲ καὶ σοφοὶ κατὰ δαίμονα ἄνδρες ἐγένοντο. *Iuſtitia proinde* Formata *dicitur animi iam purgati, defecati, & ab omni huius mundi aſpergine deterſi perfectio. qua quis iam expiatus, cum diuina mente ſociatur, ut perpetuum cum illa fœdus probe agẽdo conſeruet: neque enim perfecte iuſti ſunt, qui tantum legem*
Rom. 11. *auſcultant, ait* Paulus, *ſed qui legem factis exprimunt. unde* Pythagoras *quoque iuſtitiam ita abſoluendam autumauit,* δικαιοσύνην ἀσκεῖν ἔργωτε λόγωτε *commouens, id eſt ut opere ſermonéque illam exerceamus.* Id *denique diuus* Iohannes *prædi-*
1. Ioan. 3. *cabat.* Is *iuſtus eſt, qui exercet iuſtitiam: quiſquis autem iuſtitiam non facit, ex* Deo *non eſt.* Hoc *diſcrimen cum per ſe quidem eximium uidetur, tum ad iſtius diſputationis conciliationem accommodatiſsimum. Siquidem cum ſectarij tui* Politicam *iuſtitiã animaduerſionémque iudicialẽ euangelica libertate tolli cõtendũt: quoniam* Deus *dixerit,* Mihi *uindictam, & ego retribuam:*

& ideo

& ideo iudicia, iusq; iurandũ uetari, & à iudice deferri nefas: quia ſcriptum ſit, Ne reſiſtamus malo, ac nequaquã iurãdũ. atq; cum uaticinetur Abacuch, *Iuſtum ſola fide uicturum, nullis iuris* Abacuch. 2. *ac iudiciorum præſidijs ad pie iuſteq; uiuendum opus eſſe.* Illa *quidem ita diſtincte ſunt accipienda, ut iuſtum fide uiuere, ideſt ſola purgatoria iuſtitia intelligas intus ablui & uiuificari. quod autem uindictam malique reſiſtentiam interdici produnt, id ad formatam & particularem priuati cuiuſq; iuſtitiam referamus: ne priuata authoritate ultionem expetamus: neu quotidianis col loquijs execrari, deteſtaríque conſueſcamus: quia uir multum iurans, replebitur iniquitate. uerum ad* Politicam *iuſtitiam nihil eiuſmodi referendum eſt, quam omnis ſacrorum commendet authoritas, omnis ratio probet ac fulciat. hinc* Moſes *admonuit iudi* Deutero. 1. *ces, ne timeant ab ullo homine, quia iudiciũ* Dei *eſt: nõ enim lex, non iudex delinquentes punit, (ut iuriſperiti declarant) ſed ip-* gl. l. cũ proba tio. C. de prob. *ſum delictum publica ſatisfactione culpam expiat, & tanquam debitum diſſoluit.* Quinimo Deus *ipſe iudicis perſonam peragit, ut* Pſaltes *diuinus atteſtatur: Lætabitur, inquit, iuſtus,* Pſal. 57. *quum uiderit uindictam: manus ſuas lauabit in ſanguine peccatoris, & dicet, homo, ſi utique eſt fructus iuſto, utique* Deus Nu. 25. *eſt iudicans in terra.* Phinees *equidem* Iudæum *contra leges, inſtitutáque maiorum ſe* Madianitæ *immiſcentem interfeciſſe traditur, & illi reputatum eſt ad iuſtitiam.* Enimuero *cum inter cætera animantia unius hominis natura ita cæcata ſit ac deprauata (quod iam ſæpe ſumus teſtificati) quo in pace ſocietatéque uiuatur tuto, moderatéque degatur,* Politica *iuſtitia mortalibus eſt perneceſſaria: bruta namque inter ſua genera ſempiterna concordia uerſantur, uni animali ſimile ſibi homo uenenum, ferrum, inſidias ſtruit atque diſtringit. uerum, ut* Iuuenalis *deplorat,*

Serpentum maior eſt concordia: parcit

Cognatis maculis ſimilis fera, quando Leoni
Fortior eripuit uitam leo? quo nemore unquam
Expirauit aper maioris dentibus Apri?

Vnus proh dolor, homo ab uniuerſæ naturæ ſanctitate deſciſcit, & tanquam ex homine humanitatem exuens, in omnia præceps flagitia fertur: adeò, ut Pætus Thraſeas philoſophus Patauinus dicere quondam fuerit ſolitus: qui uitia odit, homines odit: quoniam omnibus ſit familiaris error ueteris illius Atis ſoboles flagitioſa. Ad temeritatē itaq; reprimendam, extirpandamq́; ſcelerum perniciem, tribunalia diuinitus, iudiciaq; ſunt cōſtituta. hoc Hiere.22. *enim Dei oraculum refert eſſe Hieremias: Facite iudicium & iu-* Prouerb.31. *ſtitiā, & liberate ui oppreſſum de manu calumniatoris. Idemq; beatus ille Samuel hortabatur: Iudica iuſtitiam, & uindica pau-* 1. Timo.5. *perē & inopem. Adde quod & id nominatim Apoſtolus doceat: Auferte malum de medio ueſtri. tum & formula iudiciaria data. Peccantem publicitus corripe, quo cæteri timorem habeant.* C.ut clericorū de ui. & hon. *Accuſationē admittere noli, niſi ſub duobus aut tribus teſtibus. Equidem dignum quod aiunt pontifices, ut quos Dei timor à malo nō reuocat, tēporalis ſaltem pœna cohibeat à peccato. eſt enim omnium capitaliſſima delinquendi illecebra ueniæ & impunitatis ſpes. Serpit enim illud inſitum & radicatū in natura malum, conſuetudine peccandi: ut in ferocem & belluinam tandē erumpat audaciā: quam alma ciuilis iuſtitia coërceat & exterminet: ciuitatéſque ac populos ceu heroica claua, lernæis monſtris liberet. Quemadmodū enim pardos, urſos, efferacioresq; belluas laqueis ac lupatis conſtringi, prohiberiq; uidemus, etiamſi cicures & manſuefactæ ſint, ne forſan ex abrupto ſæuiant, & inter hominum celebritates obuia quæque lanient: ita iura, iudicia, conſtitutionesq; politicæ uinclis, flagellis, ac pœnis, quaſi quibuſdā habenis improbos mundi alumnos, & cacodæmonum aſſeclas reprimunt,*

*primunt,atque retinent,ne omnia temere perditum eant, illibe- raliterq; conturbent.*Meritóque laudatur Senecæ *dictum,frenis iuſtitiæ regi,eíque obtemperare,ſummam eſſe libertatem:quoniã iudicium, iuſtitiáque politica obtinetur, ne quiſque ſui doloris uindex ſit,& in propria cauſa cenſor & arbiter.nã quid ea pe- tulantia oneroſius?quid tam ſeruile bonis ac moderatis, quàm le uiſsimos quoſque,ius in propria cauſa dicere? nimirum quod ait* **Libertas habenarum iuſtitiæ.** **Prouerb.21.** *Salomon,ueriſsimum eſt,Gaudium eſt iuſto iudicium facere : at pauor operantibus iniqua . nanque iudicium ac cenſuram ideo quis refugit & improbat,quia ſibi male conſcius eſt,& iuſtitiæ ſuæ,& innocentiæ diffidit.quod noſter* Mantuanus *ſic uerſibus eſt perſecutus:*

- fugit impius ultro,
Iudiciúmque timet:frontem pius audet apertam
Tollere,non regis uultum,non iudicis ora,
Non rigidos lictorum enſes formidat.

Quamobrem & iudicia tractari nulli pie mẽti graue uideri de- bet,ut Innocentius *pronunciat,cum iuſtitiam cuiuſque & inte- gritatem recenſeri digniſsimus ſit fructus , reiq; publicæ decor non modicus.*Nam*(ut præclare* Salomon *ait)in bonitate iuſto- rum exultabit ciuitas:in impiorũ interitu laudatio. dicebat hoc porrò,qui cætera ſapienter* Pythagoras,Eos *qui malos non pu- niant,uelle bonis iniuriam inferri:quoniam(ut* Eleutherius *ex- ponere uidetur)negligere,cum poßis perturbare peruerſos,nihil eſt aliud quàm fauere:nec caret occultæ ſocietatis ſcrupulo, qui manifeſto facinori deſinit obuiare. Celebratur* Lacedæmonij *cu iuſdã apophthegma, qui cũ* Charillus *rex laudaretur, quonam modo,inquit,bonus eſt,qui ne in malos quidẽ acerbus ſit?*E*qui- dem res omnes ſine exitu futuræ ſunt(ut aiunt iuriſcõſulti) niſi ſententijs iudicum & legum numine exorientes quotidie diſſen*

35.quæſt.9. cap.graue. **Prouerb.10.** **Litem ſi unus. de recep.ar.**

*ſiones atque fraudes conſtringātur, propter naturalem nimirum ad diſſentiendum,peccandumq́; propenſionem.*Itaque *ſophiſmatis ſuis iſti licet præuaricentur:nihil eſt profectò tam diligenter in beata* Rep.*retinendum,quàm ſanctiſſima iudiciorū ara,ſummúmque gladij iudicialis præſidium: quum rebus iudicatis,pœnarúmque authoritate ſtatus ciuitatis potiſſimum contineatur. Quod enim ad latrocinia,cædes,ad omnem deniq; nequitiā iter celerius,quæ ad innocentiæ,religionisq́; cōtemptum facilior & expeditior porta,quàm iudiciorum ſubuerſio,ac animaduerſionis publicæ diſſolutio?* Medicinalis *profectò quædā ars ſcelerū, authore* Platone,*iudicium eſt.nam, ut* Iuſtinianus *inde ferme refert,quantum medicamenta morbis præſtant,tantum humanis negotijs exhibēt iura.*Nec *immerito in ipſis eccleſiæ ſanctuarijs, ubi potiſſimum commiſerationis & ueniæ thenſæ ualent, teneri (ut diuus* Ambroſius *ait)iuſtitiæ forma debet. quandoquidem res ſanctiſſima,ſacratiſſimaq́; ſit ipſa iuſtitia.Quapropter ueteres illi iuriſconſulti,qui ciuilem hanc iuſtitiam,eiúſque ſacratiſſima coluerunt oracula,ſacerdotes ueluti diuæ* Themidis *quoſdam ſacrificulos nuncupauerunt. Quin etiam* Flauius Iuſtinianus *legiſlator,proprium iuſtitiæ templum,ceu per quandā uirtutis digniſſimæ,& in rebus humanis præſtantiſſimæ* ἀφιδρυσιν, *dedicandum cenſuit, diuinis honoribus & titulis publicæ uirtutis,& diſciplinæ numen cenſendo.*

Ars ſcelerum medicinalis iudicium.

23.quæſt.4. eſt iniuſta.

De uita actiua,& contemplatiua. Cap. VIII.

AT VERO *magiſtratuum adminiſtrationem, ipſámque uitam actiuam ceu ſceleratiſſimæ* Pandoræ *nutricem,pijs & religioſis hominibus indignam euitandam,ſpeculatiuam autē uitā colendam uociferantur,illius oraculi teſtimonio nixi: Operantor non cibum qui perit,ſed qui permanet in uitam æternam.&*

Ioan.6.

ne anxij

ne anxij eſtote, quid edatis: ecce uolucres neque ſerunt, neque metunt. tum quia optimam Magdalenes *uitæ rationem* Chriſtus *interlocutus fuerit, quæ contemplatiua fuerit, ac inde ſolicitam & adminiſtratiuam poſt habuiſſe uideatur. Ardua ſane dubitatio, & quæ theologos, philoſophóſque multum uexarit: nam inter ſummos ueteris philoſophiæ aſſertores,* Theophraſtum *&* Dicæarchum *acris traditur fuiſſe cõtrouerſia: quòd* Dicæarchus *τὸν πρακτικὸν βίον, ideſt, uitam actiuam ſeu effectiuam longe omnibus antepoſuerit: alter autem τὸν θεωρητικὸν, ideſt, meditatiuam ſeu cõtemplatiuam. poſt quos & è noſtris* Maſſelliani *qui* Pſalliani *& εὐχῖται ſunt inde dicti, id eſt præcatores, ſpeculatiuã illam & otioſam tantum ſuſcipiẽdam affirmarint, quoniam ſcriptum fuerit, indeſinẽter orate. quorum partem quòd ſuauior & delicatior uideatur, plures q̃ rebus publicis utile fuerit, quietis & literarum ſtudio ſecuti ſunt. nam & ob ſolam ſtudiorum & diſciplinarum iucunditatẽ multi* Herillo *ſuffragati, qui ſummũ hominis bonum in ſcientiarum cognitione conſtituebat, otio ſeſe dediderunt.* Atqui Chriſtomaſtix *ille* Iulianus *inde* Chriſtianam *uitam improbaſſe traditur, tanquam uecordem, flaccidam, & eneruem: quod euangelijs ſolam meditatiuam præcipi diceret: atque ideo, ut ille ſimulabat, ne* Chriſtiano *publicis adminiſtrationibus fungi liceret, lege ſanxit. Contrà uero non pauci* Dicæarchum *tutati, omnem in actione laudẽ conſtituerũt:* Græcorúmque *ſapientiſsimum iudicatum* Socratem *ideo ſenſerunt, quòd omne philoſophiæ ſtudium à penitiſsimis, occultiſsimisque illis mathematis ad uirtutes & diſciplinas iſtas hominibus utiles, uſumq́; ciuilem tranſtuliſſet.* Itaque Chryſippus *libro de uitis primo, acceſſurum ad* Reipublicæ *officia ſapientem, niſi quid impediat, & laudabiliter magiſtratus appetiturum concludit: namque & uitia propulſaturum, & ad uirtutem excitaturum*

Pſalliani à pſallẽdo.

Iulianus apoſtata.

Sapienti capeſsẽda reſp.

ciues ſuos. ſunt enim homines hac lege nati (ut ſentiebat Antipater) ut hominibus proſint & conſulant, communíque ſocietati ſeruiant: ideo cum illa naturæ principia habeamus, quæ non repugnanter ſequi deceat, præſtandum ut tua utilitas communis ſit. Nobilis autem Academicus Polemo, *quàm cæteri uehemẽtior, in rebus ipſis exerceri oportere, neutiquã uero in ſedentarijs iſtis diſputationibus affirmabat.* Q*uẽadmodum enim qui ſolis aciem aſsidue contemplantur, albugine uiſum amittunt: & ubi* Nilus *ex altiſsimis montibus ad* Cataduppa *ruit, incolæ propter continuum ſtrepitum auditu carent: ita mẽtis acies dum continuo ſeipſam tenore contuetur, illáque incomprehenſibilia meditabunda ſpeculatur, totum hominem hebetat, inertem & attonitũ reddit.* Sed *ut utrorumq; diſſertationi ſimul atq; cacobaptiſtis tuis ſatisfaciam, media quædam uidetur eligenda uia: neque enim prorſus actuoſam, neque prorſus ſomniculoſam uitam amplexan*

Luc. 10. *dam ueritas ratióque decernit: quoniam totius pietatis ac religionis ſumma eſt, ut* Deum *totis uiribus diligas, hominem tanquã teipſum: atque ita* Dei *& hominum charitate uniuerſa contineatur iuſtitia.* Itaque *ſimul (ut* Ariſtotelis, *aliorúmque mul-*

C. niſi de re- nunc. *torum conſenſu teſtatur* Innocentius) *&* πρακτικὸς *&* θεωρητικὸς *eſſe poſsis, ac potius debeas, mixta quædam & utriuſque rationis particeps eligenda uita uidetur: exemplo* Moſis, *qui nunc in montem illud cæleſte numem conſulturus ibat: nunc in caſtra deſcẽdebat, ut cum utilitate maiori neceſsitatibus populi prouideret.* Verum *&* Iacob *patriarcha non alio documento conſcendentes ac deſcendentes (ut ſacra narrant) uidit angelos, quàm quia*

C. 1. 88. diſtin. *rectoribus non ſolum contemplando, explicatam animi notionẽ euoluere, ſed deorſum quoque ad ſubditorum membra miſerãdo, pedibus manibúſque conueniat accedere.* Q*uamobrem tertiam quandam uitæ* C*hriſtianæ moderationẽ eſſe conſtituendum eſt,*

quæ

quæ uidelicet meditationem cum actione copulet: tantum enim ualet fides quæ per dilectionẽ operatur. Eſt enim omnis cõtemplatio fideiq; deuotio mortua, ſi facta digna non habuerit (ut ait Diuus Iacobus) nam quamlibet celſa fide quis fretus ſit, niſi charitatis exhibeat officia, ꝓ nihilo cenſendus eſt. Quæ porrò charitas maior, quàm ut pro uicinis, proximis, amicis, & ciuibus, curam, nauitatem & operam impendere? Quid porrò ſtultius, quàm arenis dinumerãdis, nubium ramis inuigilandis, lineoliſq; dimetiendis omnem ætatem inſumere, & interim proximorum preces ſuperbe repudiare: ciuitatis incendium, patriæq; ruinam contemnere? Equidem communis oneris repudiatio, nimiam arrogantiam ſuorum deſpicientia, improbam mentẽ coarguit. Sit igitur cumulata Chriſtianiſmi uita, & meditationũ & fructuum copia felix. præclare uero, quiſquis eam ἐνεργικὴν cognominauit. quãdoquidẽ is Deus eſt, qui agit in nobis, ut uelimus & efficiamus pro bono animi propoſito. Qui enim (ait Chriſtus) in me manet, & ego in eo: hic autẽ uberrimũ fructum feret. Quis uero non adminiſtratiuam, & pene claſſicam apoſtolorum uitam fuiſſe fateatur, quorum alij ad illos monendos ſuadendóſque populos: alij ad alios diſſuadendos, increpandóſque magnis itineribus laboribúſque contenderint? quid laborioſius, quid ponderoſius, quàm cum uniuerſo populo, concionibus conflictari? fuit illa plane inotioſa, alacris & frugifera, fideiq; (ut ita dicam) exercitoria uita. Quid? an nõ præcepit Apoſtolus, Date operã, ut quiſque ueſtrum geratis negotium, manibúſque ueſtris operemini? quemadmodum & ille quotidianum ſibi parauit opificio nonnullo cibum: illos plane coarguens, qui ſeſe uitæ cuidã teneritati, & laboris fugæ deuouerunt, quam ἀεργίαν Græci dicunt, & corporis exercitia tollunt: ſpiritalia tantum depoſcunt, longéque falluntur: non enim ieiunium uel humi cubationẽ operatur quis ma

Iaco. 2.

Philip. 2.

Ioan. 10.

1. Theſſa. 4.

nibus ſed ſpiritu,inquit Theophilactus,*unde datur intelligi, nō de ſpiritali exercitatione & mentis agitatione, ſed de corporali agēdi ui ſenſiſſe:quoniam & ſpiritus ſancti ſit officium alijs uictum ex manuum opera impartiri,nec ei parcēdum, qui cum uiribus polleat,negotia temnat & in otio ſit.* At dixerit quis, *ieiunijs & orationi incumbo.recte eſt:uerum hæc non manuum labore conficiuntur:poteſt namque poſt ieiuna & orationes manibus quis operari:quū uero id facere reſpueris,pro ſegni & otio multo torpente,damnaberis.* Extat Hadriani *imperatoris epiſtola de* Eccleſiæ *primoris uita apud* Spartianū, *quā* Seruianū Romanorum *Conſulem de* Alexandrinorum *recens chriſtianiſmo per* Petrum *inſtitutorum ciuili ratione monet, in qua inquit:*

P.Hadriani epiſtola de chriſtianis.

Nemo *uiuat otioſus:quin potius alij uitrum conflent: ab alijs charta conficiatur,habeantq; podagroſi quod agant:cæcis detur negotium quod procurent:exciſi quod faciant, habeant:ne chiragrici quidem apud eos otioſi uiuant:deumq; Chriſticolarum, ut ait,uenerentur.uſque adeò uiſa, ut ait* Horatius,*uitanda improba Syren,deſidia.*Nam *cum hæc mens noſtra in perpetuo motu ſit,neceſſum eſt,ut cum nihil quod utile ſit moliatur,agátue, ut ſuperuacanea perſcrutetur,& inutilia ſtruat,in aliorúmq; uitam,deinde ad detractiones & ſcurrilia quædam uerba deuoluatur.Sed meminiſſe debemus,ideo primum illum parentem Adamum in illo horti ſepto poſitum ut operaretur: quo in ſudore & labore ueſceretur pane ſuo:ut intelligeremus omnes poſteri ei nō manducandum,qui non operetur : ac perinde quicquid agat aut moliatur, ad communem iſtam hominum inter homines coniunctionem innocue colendam,& infatigabili cura tuēdam referat: illúdque replicet* Plinianum.*prima tempora uitæ, patriæ ſecūda tribuenda, poſtrema nobis. idcirco rationi conſentaneum fiat, ut uir pius & ſapiens nullas uigilias,nullas ſollicitudines,nullum laborem*

Gene.2.

Prima tempora uitæ, ſecūda Reip.

laborem iuuandæ gratia ciuitatis recuſet: ſed, *Poſtrema nobis.*

F ortem poſcat animum mortis terrore uacantem,
Q ui ſpatium uitæ extremum inter munera ponat
N autæ, qui ferre queat quoſcunque labores:
N eſciat iraſci, cupiat nihil, & potiores
H erculis ærumnas credat, ſæuóſque labores,
E t uenere, & cœnis, & plumis Sardanapali.

Neque enim oportet (ut ait Liuius) bonum ac religioſum ciuem ullā ſua de publicis ſecernere conſilia. Quemadmodū enim amarum palato pharmacum, quod toto ſit corpori ſalubre, nihil guſtantes deuoramus: ita communis populo utilitas, priuato commodo anteferenda eſt. qui nanque Rempub. incommodi publici cauſa deſerit, par eſt illi qui nauem effringit, & poſtem cui ſeſe ſolum committat, reuellit, plusq; particularis cōmodi ſtudioſus, quàm communis ſalutis amicus eſt. is enim multorum ſecum ſalutem prodit, nec ideo ſecurior fit: ſic in Reipub. naufragio nemo non qualemcunq; iacturam ſubit. Iam uero ſupereſt, ut iſtorū ratiunculis reſpondeamus. Ne anxij eſtote, aiunt, in craſtinū quid edatis, ecce uolucres cæli non ſerunt, & tamen Deus paſcit illas. quaſi uero id non dicatur, ne perinde anxij atque ſoliciti ſimus, & diſcruciemur, quonāmodo lucris hodiernis, lucris ac reliquijs muniti, cras otioſi belluemur: ſicut ſolent ganeones cœnati percunctari, quid ſupereſt quod cras uoremus? Sed curandū, ut quotidiano labore cibum lucrifacientes, nihil de craſtino uereamur. non deſidē illum qui deſcribitur à Salomone, imitemur, qui tanquam hoſtiū in cardine, ita is in lectulo deuoluatur: & qui ſub aſcella ſua manus recondat, fatigaturq; ſi ad os eas contulerit, interimq; ſeptem Græciæ ſophis ſapientior ſibi uideatur. Quod autem operandū tantūmodo cibum ferant, qui permaneat in uitam æternam: hoc intelligas ſane, non omnino uentri deditū eſſe

Boni ciuis officium. *Prouerb. 26.*

G

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

oportere, neque nimium quæſtus incubatorem: ne continuo colligendi uictus ſtudio, diuini uerbi proferendi tempus prodigat: alioquin ſane Deus cuique de iuſtis ſuis laboribus honorandus

Prouerb. 3. eſt, ut ait Sapiens: & qui non laborat, neq; manducet (ut aiunt) quin ad calendas græcas Seruij Sulpitij Cōſulatum expectent, quo carnes pluat. Cæterum quod optimam partem meditationi Magdalenes delatam diffiniunt, id quidē omnes accipiunt, quod iſtæc uita placidior, tutior & tranquillior ſit, & per ſeipſam excelſior: Operoſa uero rudior, tædioſior & pericoloſior uideatur. Sed quo grauior & fructuoſior, eo quidem illuſtrior & laude digna maiori. Præſtat igitur conſummata uita, quæ fide actionéque cumulata ſit.

Sapien. 10. Siquidem laboris & meriti mercedem cuique Deus retribuet. Deſinant igitur libertini, quæ nunquā ſatis laudare queant, eleuare.

De apolidibus. Cap. IX.

PEREGRINVS.

VIX ILLI quidem deſinent, quin omnē funditus ciuilitatis rationem non argumētis modo, ſed etiam armis Zinglianis fulti, ſubuertere conſtituūt, illud euangelicum prætendentes, nō

Marc. 10. habere nos ciuitatem permanentem, quíq; euangelij gratia patrem aut fratrem reliquerit, centuplum in futuro ſeculo conſecuturum: tum & ut eijciamus malum de medio noſtri. ideo argutantur cum impijs non negociandum, non conuerſandum, non ſalutandum, nunquā conſiſtendum, ſed ſemper uagandum. quibus nænijs, quid, quàm urbium direptio, rerumq; publicarū uaſtitas inducitur? CIVIS. O plumbeum pugionem, quid enim hac argumentatione debilius? Híſne nugis confidunt populos diſſociari poſſe, atque adeò in belluas genus hominum efferari? Vt plane mendacium tam impudens nullum eſt, quod teſtes & aſſer

tores

tores non inueniat. quid uero tam abſurdum, quàm repertis domibus, oppidíſque cultiſſimis, ad ſpeluncas homines adigi, & in horridos ſolitudine ſaltus impelli, inuentisq; frugibus, glandem optare? Quamquã iſti fere ſimile dogma quõdam Zenonis Cit*tiei fuiſſe meminimus, qui hoc politiæ genus ĩprobaret: ita ne oppidatim, perq; diſtinctos populos habitaremus, ſuis quíque direpti legibus, ſed perinde ac mundus unus ac communis patria: ita una omnium eſſet uita, & omnes homines inter ſe ciues & municipes noſtros exiſtimandos ac populares. itaque & communes ſtatuendas uxores eſſe: neque iudicia, neque ſacra, neque gymnaſia in urbibus conſtruenda: omnes denique liberales diſciplinas inutiles eſſe: ſed abunde quidem huius ineptias* Caſſius Sæ*ptius refutauit.* Tales *quoq; propemodum Germanos* C. Cæſar *fuiſſe deſcripſit, apud quos certum agri modum, finéſq; proprios quiſquam non haberet, agriculturæq; nunquam ſtuderet, maior pars uictus lacte, caſeo & carne conſiſteret:* Principes *autem ac magiſtratus in ſingulos annos gentibus ac cognationibus hominum, qui una coiſſent, quantum eis & quo loco uiſum eſſet agri, attribuerent: atque anno poſt aliò tranſire cogerẽt: ídque ne aſſiduitate capti, latos fines parare ſtuderent, ſtudiúmque belligerẽdi commutarent, neuq; pecuniæ cupiditas oriretur, unde tot diſſidia naſcantur.* Atque *à noſtris eiuſdem pene conditionis* Sara*baitæ referuntur in* Aegypto *fuiſſe, qui boum & porcorum pellibus induti, palmarum funibus cincti, in cauernis habitantes cruentati, ut qui ſpinas ad calciamenta portarent, paupertatem & abſtinentiam à ſe ſeruari prædicarent, milléque cõmentis ita numos à populo æruſcarent. cuius quoque profeſſionis* Valdonis *philoſophi* Lugdunenſis, *annis iam quadringentis diſcipuli memorantur extitiſſe, qui* Paupertini *dicerẽtur.* Sed *hæc inconſtãs, uentoſa & uolatica uitæ ratio, non ab illo primæuo Chriſtiani-*

Zenonis hæreſis.

Apolides Germani.

Sarabaitarũ ſecta.

Paupertini.

ſmo ſolum damnata atque reiecta eſt: uerum ab illo totius penè orientis peruagatiſsimo legiſlatore Mahumete, *in ſimili* Saracenorum *uanitate repreſſa. nempe (ut refert* Amianus*) cũ duplex* Saracenorum *in Africa genus eſſet, unum eorum qui urbes inhabitarent, & alterum qui foris armenta paſcerẽt, quos* Nomadas *dixerunt, qui quotidie per agros incertis uagantes ſedibus potiſsimum urbanis populis terrorem incuterẽt: à quibus etiam tributũ extorquerẽt: alij qui ab Aſſyrijs oriũdi, ad* Nili *catadupa diſperſi, ſeminudi, coloratis ſagulis pubetenus amicti, omnes bellatores erant, nec quiſquam unquam ſtiuam apprehendit, aut arando uictum parauit: ſed per ſpatia uaſta palantes, ſine lare, ſine legibus, ſine certis ſedibus errarẽt, nec unius ſoli tractus illis placuit, ſed extorris uita uxores mercenariæ ad tempus pacto conductæ, útque matrimonij ſpecies eſſet, nomine dotis haſtã ac caſtrenſe tentorium coniunx marito offerebat, poſt diem ſtatutum diſceſſura ſi elegiſſet. ita diſcurrẽdo hic nubere, alibi parturire, partum dein traducere ſolita.* Idem Marcellinus *pariter in Scythia citra Coſtobocas refert gentes quaſdam omni ætate errabundas, per uaſtam & ſcalentem regionem eſſe, adeò neglecta ſoli cultura, ut ferarum ritu ueſci malint: his ſupellectilem, opes & habitacula plauſtris cortice tectis uehi, quibus ceu domiportæ cochleæ quo collibitũ erat, emigrarent. quo feritatis & impolitiæ genere, quid à naturæ ratione ſeiunctius? quid ab honeſta temperatáq; ciuitatis ſocietate abhorrentius? quid tam inhumanum, tam indignũ fingi poteſt, quàm prærupti nemoris patientem uiuere dorſo? quin etiã homines brutis ac feris deteriores illi conantur efficere. nam cum ſui ſemper conſiliatrix natura ſit, ut nulla ſit terra, mariq; bellua, quæ non ſui generis bellua maxime delectetur: atque duce ſua quæque natura ſibi ſimilium ſtudio ac gaudio ſocietatis quoddam exemplum proponant, ut*

Saracenorum duæ ſectæ.

Scythiarum impolitia.

Omne animal ſui ſimilium amicum.

in gignendo, & indulgenter, & cum labore educando perfacile coniunctionis uotum appareat, adeò ut quædam cœtum quodãmodo ciuitatis imitentur: quid ab homine uno omniũ animalium maxime ſociali alienius, quàm hominum ſegregatio? quàm ciuitatum abiectio? Quid enim gruum uiciſſitudinarias ordinationes, ratas & numeratas præfecturas? quid cõpoſitiſſimam elephantorum πολιτείαν? quid ſectorum & agminum armentorũ ac gregum eximiam conuentionem? quid apum regias aulas auguſtali ſolio prominentes, atrióque fatali inſignitas? quid illarum ſenatum, paruóſque Quirites attinet percenſere? equidem, ut ait in Georgicis Poëta,

> *Vrbes habent, magníſque agitant ſub legibus æuum.*
> *Præterea regem non ſic Aegyptus & ingens*
> *Lydia, nec populi Parthorum, aut Mœdus Hydaſpes*
> *Obſeruant. rege incolumi mens omnibus una eſt:*
> *Amiſſo rupere fidem.*

Iam uero cum ita ſibi conſentanea cuiuſque indoles, & ubique blanda ſui conſiliatruncula natura ſit, tum uero potiſſimũ hominibus, quos doctiſſimorum uirorum teſtimonio ἀπὸ τῆς ὁμονοίας, id eſt à conuentione & ſocietate nominatos accepimus: quid homines inter ſe ciuile ac ſociale præſtare non debeant? quid uero tam inhumanum, tam inſociale, tam à φιλανθρωπία, id eſt hominũ charitate & beneuolentia quam iuriſconſulti uſurpãt, alienũ, quàm patria ſua populos eijcere, ciuitates elocare, & Rempub. tanquã in exilium profugã deportare ac deformare? quid calamitoſius, quàm ſubuerſis artificijs, expulſis incolis & ciuibus, truncas & ſemirutas urbes iacere? miſerabilius derelictas habitandas, quàm ſi ſolo æquatæ aut incenſæ fuiſſent? Incredibilis equidẽ erronum iſtorum uideri poſſit opinatio: niſi forte libertatem ſuam interpretari uelut fugitiuos, & αὐτομόλους eſſe, id eſt profugos

Homo ab homonia.

& extorres eſſe,ac ſui furtum facientes:ne quemadmodum ſibi male conſcij latitare ſolent: ita quiſquam ſe conuenire atque in ius uocare poßit. Sed plane miſelli faciunt, næ intelligendo, ut nihil intelligant.quaſi uero Chriſtus alter Timon myſantropos fuerit,patriámque Iudæam,quanquã hoſtilem immodum inimicam fugerit,& non quotidie cum ciuibus in medio templo,in foro,in oculis populi uerſaretur, ut is etiam profitetur: qui hominum omnium quotquot fuerunt,aut erunt,comißimus,& in primis φιλόπολις extiterit,& ciuitatem quoque propriam ſibi uelut allectione adſcripſerit. an non enim illud euangelia teſtantur,
Matth.9. *ingreſſum Chriſtum in nauem,traieciſſe,ac in ciuitatem ſuã ueniſſe? Ciuitatẽ ſuam,inquit Mattheus,ſcilicet Capernaum:quoniam illic quàm ſæpißime diuerſaretur & incoleret.Sic Apoſtoli,& ſi primo undequaq; diſperſi excurrerint,tamen ſuam quiſque tandem ſortitus prouinciam,ciuitatem ſuam frequẽtauit, ac populos religionis legibus excoluit:nõ per deuias ſyluas tetráſque cauernas ac latibula, ceu lucifugæ ac catamithi torpuerũt.*

Capernaum ciuitas Chriſti.

Quid(inquit diuus Gregorius)ſolitudo corporis prodeſt,ſi mẽtis ſolitudo deſit? qui enim corpore remotus eſt,& tumultibus humanæ cupiditatis angitur,in ἐρημίᾳ non eſt.at contra,ſiquis in turba ſit,nec ullos curarum mundi tumultus mente patiatur, in urbe non erit.Loth quidem in flagitioſa urbe iuſtus fuit,in ſeceſſu peccaſſe notatur: eſt enim cacodæmon ille deſertorum & tenebrionum princeps generi hominũ ſemper infeſtus, qui uel ipſum uirtutum Caſtalium fontem Ieſum tot in ſolitudine, machinationibus,præſtigijs,& inſidiis tentauerit.tum nempe fallacißimus ille palpator inſidiari atque captare quoſque ſolet probißimos, potißime cum nudos à conſultoribus,ſoliuagos & palantes deprehẽdit. Quapropter Chriſtus cum diſcipulos ad ægritudines ſanãdas,euãgeliumq; propagandum emitteret,ſolos ire noluit,

Marci 4.

Marci 6.

ſed binos

ſed binos ſociauit: plures quidem una miſſurus, ſi copia tot in regiones ſuffeciſſet. at uero præceptum clamant, auferte malum de medio ueſtri. equidem, ſed pœnis ac iudicijs emendandum malum accipias: aut ſi nulla melioris frugis ſpes ſuperſit, ſummo ſupplicio auferendum. Quemadmodum enim morbidum pecus quo reliquum armẽtum ſaluum euadat, eſt expellendum: atque ſi quod in corpore membrum inſanabile ſit, exſcindendum, ne cætera putrefaciat: ita flagitioſi ne mores cæterorum deprauent, de medio tollendi, atq; perdendi ueniunt. Quod ſi (ut accidit humanitus) quis imperfectior uideatur, nec turbulentam degat uitam, quis conuerſandum aut ſalutandum negat? quis, ut cum apoſtolo dicã, tu es, qui iudicas alienum ſeruum? domino ſtat aut cadit. noli iudicare & non iudicaberis. Atqui *ſanctum eſt, aiunt, apolides iſti, qui euangelij cauſa parentes, ac liberos reliquerit, centupla accipiet. quem ſane locum* Cor. Tacitus *perſtringere uoluit, quum exprobrat nihil prius doceri Chriſtianos, quàm exuere patriam, patres, fratres ac liberos habere uilia.* Itidemq; Iulianus *Chriſtomaſtix interpretabatur lædorice, qui parentes ac coniuges reliquerit, centupla accipiet, nunquid & pro una, inquit, uxore cẽtum ducet uxores? at quàm longe ſecus id dictum exponendum eſt? id nempe Chriſtus pronunciauit, non quo parẽtes, coniuges, aut liberos contemni, auxilio deſtitui, deſerique uoluerit, ſed quo doceret pietatem erga deum, & cæleſtis ueritatis teſtationem omnibus carnalibus deſyderijs & incentiuis anteferendam, quoniam odium & bellum à* τοιαύτης *prædicatione inflammari uidebatur, & ob religionis amorem filij à parentibus diſſenſuri erant, uaticinatus eſt* Sother. *Quiſquis reliquerit quos ſibi natura dederit, centupla præmio feret. quid? an tot uxores? At uero conſiderandum, ad frugi uitam quid uxor domui uiri poſſit, curat, ut is habeat quod edat, quóue induatur, quorũ omnium cu-*

Matth. 19.
Luc. 18.

ram marito demit. ad hæc porro quot apoſtolis mulieres extiterunt, diſpice, quibus cura de cibo illorum eſſet, illisq́; ſedulo miniſtrarent, dum illi tantum Euangelicam *doctrinam promulgarent, æquáque beneuolentia patres pietate, matres quàm plurimas diuini muneris ergô nacti ſunt. unam quidem domunculam* Diuus Petrus *dereliquit, omnes poſtea diſcipulorum ſuorum domos conſecutus, ut omittam tot apoſtolorum nomini ubiq; terrarum dedicatas & conſecratas ædes.* Quantum *autem attinet ad ciuitatem haud permanētem, quis non de mortali, caduca & fragili uita iſta terreſtri dictū exiſtimet? quis enim ſuperos ſibi tam propitios habuit, ut craſtinum ſibi polliceri poßet? quam tamē tantiſper colere debeamus, dum ad cæleſtis patriæ politiā emigremus.* Enimuero *nouellam quondam eccleſiam certis ſedibus, fixa domicilia poſſediſſe cum ex innumerabilibus ſcriptorū eccleſiaſticorum monumentis, tum uel ex ethnicorū hiſtorijs perſpicuum eſt: nam & apud* Lampridium *comperias, quum* Chriſtiani *quendam occupaſſent locum, contraq́;* Popinarij *ſuum eſſe dicerent: reſcripſiſſe* Alexandrum *imperatorem ſatius eſſe ut quoquo modo* Deus *illic coleretur, quàm* Popinarijs *addiceretur.*

Primæua eccleſia poſſedit loca.

De Vrbium *auſpicijs.* Cap. X.

I T A Q V E *fremant apolides iſti licet, nihil eſt proculdubio ſocietatis urbicæ conditione beatius, nihil in terris diuinius, in qua ciues bene morati, ſumma ſapientia præditi, concordes & communis utilitatis ſtudioſi uerſentur, in qua laborioſi, naui & induſtrij fiant artifices, in qua magiſtratus ſancte integréq; iuſtitiam adminiſtrantes, déq;* Rep. *bene merentes, dignis præmijs & honoribus ornentur: totáque politices ratio ſapienter conſtituta colatur: unde & ipſos urbium muros ueteres leges ſanctos*

eſſe

eſſe tradiderũt:ea ſcilicet ratione(ut ait M.Varro)*quia pro mœnibus tuendis,tanquam pro aris ac focis,proq́; diuorum templis ſtudioſe depugnent omnes,mortémque cenſeant oppetendam.niſi uero ſit interior quædam,& apud ueterum ſacra penitior ratio, ſi quis reconditas & priſcas literas diligẽtius perſcrutetur.nam id uetuſtas in* Deorũ,*ac diuinitatis albũ referre ſolita fuit,quòd ſingulare quoddam inuentum,eximiúmque ſubſidium hominibus attuliſſet.Sicuti* Palladem *ob inuentionem olei,* Bacchum *ob uini repertum uſum,* Cererem *ob frugum culturam demonſtratam, alióſque innumeros ob ſummum quoddam bonũ humano generi collatum,in* Deorum *numerum relatos accepimus.*Itaque Xenophon *in libro de* Aequiuocorum *ratione ſcribit,ſingularum gentium uetuſtiſſimos* Reges *dictos eſſe* Saturnos: *maxime uero familiarum nobiliũ,qui urbes condidiſſent,illorúmq; filios primogenitos,*Ioues *ac* Iunones *appellatos:*Hercules *uero nepotes fortiſſimos.*Itaque *& trecentos* Ioues, Herculéſque *quàm plurimos ſcimus ueteribus dinumeratos:ut dilucidum fiat urbium conſtructiones ob neceſſaria quædã humanæ ſalutis præſidia,ceu ob ferarum metum ac latronum,prædonumq́; terrores, aliaq́; incommoda conſecratas fuiſſe.* Q*uum enim deriuato diluuio ab arca* Noëmia,*tanquam ex equo.*Troiano *familiæ certatim effluxiſſent,& aliæ in alias oras propagatæ,atque proſeminatæ gentes uarias ſedes,regionéſque ſortitæ eſſent. adhuc autem omnes uaſti,deuij,dumis ac ſentibus occupati campi eſſent,aduerſus efferaciores belluas uicinitatem homines inter ſe captare, ſenſimq́; uallo ſe & foſſa munire:deinde & muro circundare,tandémque ſodalitia tribus ac ordines excolere cœperunt:neque enim ſolum à grandioribus animalibus(ut ait* Ariſtides) *longe ſuperabantur,ut robore à leonibus,urſis & apris,aliíſq; plurimis:ſed etiã celeritate à minutioribus,ut auibus, & id genus pernicibus be-*

l.ſanctum.de re.diuiſ.

Conditores urbiũ Saturni dicti.

Vaſtatio beluarum urbiũ cauſa prima.

ſtijs infeſtabantur. qua incommoditate uehementer humanũ genus opprimebatur. itaq; Dicæarchus Peripateticorum copioſiſſimus, de hominũ commẽtans interitu, diluuij peſtis ac belli calamitate, multos colligit homines eſſe deletos: at belluarũ impetu, uaſtationéq; gẽtes quaſdam omnino conſumptas eſſe, ut Aegyptus à uolucribus, anguibus, uento ex Africa inuectis prorſus uaſtabatur, niſi quæ contra illos pugnarent, Ibes animalia aligera educatæ uel cum religione fuiſſent: & à locuſtis abactam in Africa ciuitatem, & in Campania Italica deletas à ſerpẽtibus Amiclas Lacedæmoniorum coloniam conſtat. eſt & in Hiſpania ciuitas à cuniculis ſubuerſa, & Neuri gens Scythica à ſerpentibus ſedibus pulſi. ſic Pygmæi cum gruibus immortale geſſere bellum. Quin magna murium inuaſione Abderitæ à ſuis ſedibus profligati fuerunt, & à Scolopendris conchiliorum natatili genere Otrietes abacti fuerunt. à Ranis pulſam in Gallia ciuitatem, à Talpis uero funditus euerſam urbem in Theſſalia proditum eſt. contrà locuſtas quoque ordine militari proceſſiſſe Magneſij Epheſijque dicũtur, ſicut contra colũbas Illyrij Pæonijq;. quid? num Romanorum ad Ticinum caſtra quæ ſemper apud omnes terras nationéſque formidatiſſima fuerint, ſecundo punico bello lupus intrauit, laniatíſq; paſſim obuijs ſaluus euaſit? Cyrenaicæ quidem regionis lex fuit debellãdi ter in anno locuſtas, primo ut oua obtererẽt, deinde fœtum, poſtremo adultas, & pœna deſertoris teneretur, qui ad opus ceſſaſſet: quòd id genus inſectorum omnia tactu adurerent. Quemadmodum & ſuis aculeis ipſæ ueſpæ Phaſelitas in Cilicia, & quondam muſcarum multitudo Megarenſes eſt depopulata. quod ſi tantas humano generi plagas adeò leues & imbecillæ beſtiæ intulerint, quid crocodilos, leones, centauros, hydram, aliúdue quoddam erymanthæum monſtrum ferasq; deterrimas non diſcerpſiſſe uaſtaſſeq; credendum

Bellum cum gruibus.

Bellũ locuſtarũ & columbarum.

Muſcarũ depopulatio.

dum eſt, quoſque ad opem & auxilium mœnia quiſque ſibi populus in uicos primum ſeſe pagatim colligendo ſubſtruxit. unde etiam ſint Opida *ab ope ferenda denominata, quoniam auxilio murorum nō à belluarum tantum impetu, ſed ab hoſtium quoq; prædonum & nocturnorum graſſatorum inſultu tuti ſimus, priuatasq; fortunas ac ſacras & publicas pecunias illorū cuſtodiæ committamus.* Nec *mirum ſi* Eſdras *ille diuinus quum ciuitas de nouo conſtruenda ſit, prius urbis muros exſtruendos, quàm templum cenſeat: quoniā murorum præſidijs ipſorum quoq; ſacrorū tutela comprehendatur, qua de re tota* Iuuenalis *appoſitiſsime:* 3. Eſd. cap. 5.

Senſum à cæleſti demiſſum traximus arce,
Cuius egent prona, & terram ſpectantia mundi
Principio indulſit communis conditor illis
Animas, nobis animum quoque, mutuus ut nos
Affectus petere auxilium & præſtare iuberet:
Aedificare domos, laribus coniungere noſtris
Tectum aliud, tutos uicino limine ſomnos
Vt collata daret fiducia defendier ijſdem
Turribus, & una portarum claue teneri.

A ſaturnia autem urbium origine uſque adeò ſacros urbium muros omnis uetuſtas habuit, ut populi qui poſtea quaſdā fundarent urbes, non niſi magna adhibita religione auſpicato illum quantulumcunq; loci circuitum ædificaturi eſſent, circundarent, aratro namq; bobus mari & fœmina ſubiugato, tanquam ſocialis inſtituti argumento ſeptum proſcindebant, idq; uomere æneo quo diuinis myſterijs, ſacratioribusq; exorciſmis incolatus futuri ſanctitatem ac religionem portenderent. quòd quidem ſulcandi ſoli ſacramentū uruare maiores illi nominarunt. Sicut uruum aratri curuaturam, hincq; ſunt urbes ipſæ appellatæ, cautúmque ne forte portarū ueſtigia inter uruandū æneo illo uomere pro- Inauguratio urbium.

ſcinderentur, ut quæ quotidianis priuatorum uſibus proculcarẽtur ac profanarentur. Muros *autem tranſcendere pœna capitis interdictum, quòd illi non inambulandi gratia ædificati, ſed quo tutior ab inſidijs & incendijs ſit ciuitas, aptior uero cuſtodijs: ideo & interſtitia inter mœnia & priuatorum ædes quindecim pedum conſtituta, quæ pomœnia uocitantur: nec mirum, cum ex omnibus ethnicorum faſtis, unum hoc Chriſtianæ leges colendũ, interq́; ſacra referendum præſcribunt, ut natalitios urbium dies feſtos celebremus, quales* Romæ *fuerunt parilia ad* XI. *calẽdas* Maij, *quo die* Romulus Romanam *condidit urbem, ut pie, lætéque repetitis auſpicijs, felix, ac fauſta populo memoria, charitáſque fundatæ* Reipub. *obuerſaretur. illo nẽpe die paſtores pluribus ſtipulæ manipulis incenſis, ſumma hilaritate concurſantes flammam tranſiliebant, laudibusq́; fundatorem commendabant.* Sic Troiæ *penates habiti, & adorati,* Neptunus & Apollo, *quia muros* Troianos *extruxiſſent. &* Ericthεο Athenarum *extructori, annua ſacra fieri ſolita, refert* Homerus: *ob eamq́; cauſam ille, eiúſque filiæ in* Deorum *numerum fuere relati, illíque proprius ſacerdos ac templum fuit.* Sic Tenedij Tenẽ, *qui* Tenedom *urbem condidiſſe dicitur, pro* Deo *ſanctius habent, atque* Alabandum *conditorem ſuum* Alabandenſes, *ut alios multos omittam.* Vt *enim præclare* Fl. Vegetius *ſcribit, ſuperioribus ſeculis nullam maiorem gloriam principes putauerũt, quàm aut fundare nouas ciuitates, uel antea conditas in nomen ſuum ſub quadam amplificatione transferre, quibus nomen* Reipub. *peperit communis utilitas: non autẽ unius qui conderet expillãtis emolumentum, aut tanquam nauis mercenariæ lucrum.* Bene *igitur & ſapienter maiores illi ſenſerunt, qui tutiſſimum moderatiſſimumq́; uiuendi locum, plenam & excultam urbem iudicauerũt: quid enim à pernicioſis* Pyraticæ *ſatellitibus, à buſtuarijs latro-*

Pomœnia.

l. omnes. C. de ferijs.

Conſtructores aut inſtauratores ciuitatũ Dij.

nibus, ne dicam à lupis, feriſq; ſimilibus, ſaluum atque ſecurum alioquin eſſe poſſit? Olim quidem (ait Thucydides*) quicunq; cōtinentis littora, inſulasq; habitabant, ubi nauibus alij ad alios tranſire cœperunt ſæpius: cum quæſtus ſui cauſa, tum & pauperum inuitamento, ad prædam ducibus ualentioribus conuerſi ſunt. ita ciuitates nudas ac muris carentes, adorti, uicatim degentes homines diripiendo maximam uictus partem ſine pudore, ſine iudicio parabant, quin etiam id laudi ſummæ ducentes.* Prædonũ uis honorata. *Quemadmodum & uetuſtißimi declarāt* Poëtæ, *apud quos ultro citróque nauigantes interrogantur: nunquid prædones ſint, uelut minime talem operam inficiaturi ut turpem.* A *ciuitatibus autem quæ (inquit ille) nuperrime cōtractæ ſunt, præſertim quæ pecunijs abundarent, omnibus iam rei maritimæ peritioribus urbes ad ipſa littora conſtructæ ſunt, cum emporiorum, & negotiationis gratia, tum tutelæ aduerſus finitimos. at uetuſtæ quidē urbes propter aßiduam latronũ infeſtationē, procul à mari ſitæ fuerunt, ſiue in inſulis, ſiue in continēte. Stabilior etenim, ut* Appianus *deſcribit, in mediterraneis uita eſt ob agriculturam ſcilicet, laborumq; ſollicitudinem, minora fortaßis inſunt lucra, aſt firmiora certe, ac periculorũ multo magis expertia, quæ ab agricolis quàm quæ à negotiatoribus tentari ſolent. & prorſus naui magis q̃ terræ ſimilis uidetur, quæ in mari ſita eſt ciuitas: adeò magnam negotiorum in ſe fluctuationem continet. quod autem ex telluris fructibus carpitur, ſecurius in terra fit. mare uero & ad rapinas fere incitat, & ab illis in calamitates inducit.* Ita *cœtibus urbaniſque cuſtodijs & commercijs populorum ſecuritas parta, & opulētia eſt amplificata.* Q*uapropter & priſcorum regiæ, ut plurimum à mari longe fuerũt, ob ídque magis* Mœdorũ, Aſſyriorum *ac* Perſarum, *aliorumq; quàm plurimorum imperia creuere.* Cum *igitur omnia uitæ cōmoda urbicæ coniunctionis ra*

Mediterranea uita potior eſt.

tionibus conferãtur, quis niſi plane Democriti pecus in tanta ciuilitatis luce ruri deliteſcendum putet? cúmque diuinum tectorũ & oppidorum inuentum habeamus, ad ſpeluncas petrarumq́; foramina regrediendum exiſtimet?

Eutaxiam perneceſſariam eſſe. Cap. XI.

ET QVIDEM *ex illis qui mundum uniuerſum unam omnibus cenſendam urbem ad diſſociandos, confundendósq; populos argumentati cum Zenone uidentur:* Heliopolitanus *philoſophus* εὐταξίαν *quandam quaſi ciuilem diſciplinam commendabat, uniuerſum nempe mundum diſſerebat unum eſſe quaſi templum ingenti columnæ nixum, in qua duodecim urbes ſint, quarũ quælibet triginta trabibus fulciretur, & harum quæq; continuo à miniſtris duabus circundaretur: annum ſcilicet* XII. *menſibus cingens, menſésq; ſingulos diebus triginta conſtituens, diemq́; nocte ac luce dimenſus, tanquã nihil hac uniuerſi figura ſit ordinatius, nihil deſcriptius: nam &* Cleanthes *inter cæteras cauſas quibus diuinitatis notionem in hominum mentibus informatam comprehendit, hanc eſſe maximã prædicabat ordinatiſſimã cæli conuerſionem, ſyderũ interuallis proportione rata diſtinctis coaptatam. quarum rerum aſpectus ipſe ſatis indicet, non eſſe ea fortuita, ut ſi quis in domũ, aut in forum, aut gymnaſium uenerit, cum uideat omnium rerum rationẽ, modum, diſciplinam nõ poſſit ea ſine cauſa fieri iudicare, ſed eſſe aliquẽ intelligat, qui præſit cui pareatur: multo magis in tãtis motionibus, tamq́; multarũ rerum ordinibus ſtatuat neceſſe eſt aliquam mentem gubernare. Quibus de cauſis &* Pythagoras ἐναρμόνιον *mundum eſſe dicebat, ceu terræ, lunæ, cæterorumq́; ſyderum ac cælorũ imparilium ſonorum ac motuum æquabili concẽtu cunctis animalibus uitali*

Politica mũdi compoſitio.

compactum

compactum. Nimirum in hac uitæ morumq; conditione, in primis neceſſarius ordo, rectáque diſpoſitio uidetur: itaque & ab Apoſtolo impenſius præcipitur, Scribens enim ad Corinthios omnia decenter, ait, & ſecundum ordinem fiant: non enim Deus author cõfuſionis, ſed pacis. etquidem ubi non eſt ordo, ibi rerum omniũ corruptio & interitus. fugienda itaque cum omnis negligentia, tum potiſsimũ uitæ perturbatio, confuſióq; uitanda. quid autem ordine concinnius, quid iucundius ac commodius? Quòd ſi prouidentia cælum, atque hæc uniuerſi facies gubernatur, nõ autem fortuito ac temere, præclare fiant res. eſt & conſilijs, præceptíſque regendus hominũ ſtatus, multóque magis moderandæ Reſp. quæ porro uitæ diſpoſitio, quis ordo, quod decus ab his ſeruari queat, qui domibus careant, patriam ignorent, certas ſedes uix puncto temporis tueri poſsint? Ac ne quis Apolidum tuorũ, uel in cælis εὐταξίαν uigere dubitet, id quidem ab oraculo iam hauriat. In domo patris mei multæ manſiones ſunt, inquit Chriſtus. In domo. de penit. diſt. 4. *quid uero domus Dei, quàm regnum cælorum, inquit Auguſtinus? Sed & politicotera munia quædam commonſtrat pſaltes in cælis eſſe, Deus in cælus, inquit, conceſſum & decorem induit lu-* Pſal. 103. *mine tanquã ueſte amictus, facit ſuos nuncios ſpiritus. Hic prætereo quàm distinctos ordines cælitum in thronos, angelos, poteſtates, pluresq; gradus diſsimiles Dionyſius Areopagites cæleſtem illam hierarchiam collineãs deſcripſerit, ad cuius inſtar, eccleſiaſticam quoque πολιτείαν informari, ſacra ſummis expetunt uotis. Nec abs re caduceator ille Euangelicus eccleſiam organico corpori conferens, niſi ſonis, inquit, diſtinctionẽ Citharœdus,* 1. Corint. 14. *Tibicénue reddiderit, qui cognoſcetur, tibia canatur an cithara? ſi uagum incertúmue ſonum tuba dederit, quis ad præliũ parabitur aut mouebitur? Sapienter enimuero uitæ officia à muſici corporis argumento diſtinguenda monſtrauit. nam quemadmo-*

dum harmonica ratio uariorum ſimilitudine, & diſſimilium cõuenientia conſtans, inæqualia quadam æqualitate rata conciliat, atque ita quarumcunque partium συμφωνίαν *parit iucundiſſimã. unum autem & ſemper eundem tinnitum quem* μονοτονίαν *uocãt, aures ferre non poſſunt: nam* Citharœdus

Ridetur, chorda qui ſemper oberrat eadem.

Reip. harmonia. *Ita munerum & perſonarum inter homines diſparitate ac uarietate gratiſſimum* Deo *melos conficitur, multos namque gradus & ordines in hac ciuili coniunctione* Deus *eſſe uoluit, iiſque fun*

Ro.12. *ctionem fere diſſimilem attribuit.* Alios *enim poſuit* Apoſtolos,

Ephes.4. *alios* Prophetas, *alios doctores, alios poteſtates, & gubernationes, alios ruricolas & priuatos, qui ſuperiorum imperiis ac conſiliis obtemperent.* Atque *omnium animorum uis ita exerceatur, uirtutésq; probentur. quorumquidem omnium illæ partes eſſe debent (ut aiebat* Socrates*) ut ab alienis unuſquiſq; abſtineat, ſuo quiſque fungatur munere, ne indecore promiſcuis actibus officiorum ordo cõturbetur.* Alioquin *ſi munus incertum ceu uagum ſonum emittat organicum* Reip. *corpus, quî dignoſci poſſit ciuis ab errone? conſcriptus ab exauctorato milite? quis nõ caſtra periclitari ſinat? quis in uanum in arenam deſcendendũ putabit?* Proinde *quid tam abſonum, tam ridiculum, quàm ciues inordinatis partibus, incertis officiis tanquam* Lymphiones *erra-*

2.Theſ.3. *bundos uagari? non immerito itaq;* Diuus Paulus *monebat,* Diſcedatis *ab inordinate ambulantibus. nec alia quidẽ ratione* Orpheus *ille uates* Treicius *fide canora traditur tigres, leones, acrioréſque feras leniiſſe, arboréſque poſt ſe traxiſſe, quàm quòd homines ita palantes, uelut belluas humana forma indutas, in cœtum ciuilem congregauit, agreſtesq; mores iuſtitiâ perpoliuit.* Nec Amphion *cautes ſono teſtudinis mouiſſe, præcibúſque benignis deduxiſſe quo uellet, aliàs memoratur, q̃ quòd gentes ſylue-*

ſtres,

ſtres, ſtupidas & penè ſaxeas ratione quadam cõpulit in unum
locum, & ex feris & immanibus ſociales, miteſq; reddidit: ita
Thebanam *urbem condidit.* Nec Ogimius *ille* Celticus *immiſsis* **Hercules**
ab ore in aures cathenulis, populos ad ſe traxiſſe fingitur, niſi **Gallicus.**
quia diſperſos homines, & paſsim in agris inordinatos, moréque
beſtiarum uagantes, ad urbaniorẽ honeſtioremq; uictum perſua-
ſerit. unde tot cõpoſitæ fuerint urbes, in quibus ſane cultioris ui
tæ gratia omnis percipitur facilius ordinis ac diſpoſitiõis ratio,
quàm in uagis illis & tanquam diſſolutis ſcopis. Vt *enim unius*
humani corporis permulta membra diſcernimus, à ſingulis queq;
diuerſa conſtituta officia, quòd ordine naturæ compacta & diſ-
poſita ſint: ita in ciuitatibus bene beatéque compoſitis, certa atq;
ordinata cuncta ſunt: ut facile quiſque proprium ac deſtinatum
munus exequi poſsit. Quod ſi hoc etiam corpus noſtrum Erophi- **Corpus huma**
lus medicus ἐναρμόνιον *aſſeuerauit, rythmíſque muſicis uenarum* **num harmo-**
pulſus moueri probauit: quid in hoc imaginario Reip. *corpo-* **nicum.**
re ſentiendum? num ordo quidam, diſtinctio ac moderatio, eſt
adhibenda? ne miſera rerum perturbatio, ac funeſta cooriatur
ægritudo? Equidem *ut neque domus ornata, neque copioſa poſ-*
ſit eſſe, in qua non inter uirum & uxorem curatio rerum œco-
nomice diſtributa ſit: nec nauis tuta, inſtructa & perfecta,
in qua non inter nautepibatas, nauarchúmque diſtincta, ordi-
natáque ſit rerum executio: ita nunquam incolumis, beata &
(ut ita dicam) uitalis uita fuerit, niſi omnis generis perſonas, ar-
tificéſque ſuſcipiat: itaque & fabros, & textores, & agricolas, **l. 2. de nundi-**
cæteróſque id genus opifices in ciuitate eſſe neceſſum eſt, ut ait **nis.**
Plato. *Quoniam & humani uictus principium fuerit (ut* Eccle- **Eccle. 29.**
ſiaſticus teſtatur) aqua, panis, ueſtis & domus. unde textoriã ar-
tem, piſtoriam, architectonicam, aliasq; ad iſtæc negotia accõmo-
datas pepetuo neceſſarias eſſe conſtat, quibus humanum corpus

ſuſtineatur. Si uero tam minutorum opificum uſu & opera carere non poſſumus, quantominus abſque tribunalibus ac publicis conſilijs conſiſtere natura poßit: per quæ illorum ſellæ, atque tabernæ tutæ, atque labori & mercedi accommodatæ teneantur? Quapropter felix eſt cenſenda ciuitas, in qua forum lectißimis ordinibus & magiſtratibus ornatum: in qua partes urbis ſpeculetur, atque obſideat uindex temeritatis, & moderatrix officij curia: in qua muri bonorum & gratioſorum ciuium pleni, portæ denique diſciplinarum, uirtutum & honeſtarum artium cuſtodes ſint: rectáque ſit ſummorũ cum infimis, & partium inter ſe quarúmque conuenientia. hac enim concordia Deus *optimus maximus gaudet, ac tanquam in membris ſuis gloriatur.*

9. quæſt. 3. archiepiſcopus.

De *bonorum æquatione*. Cap. XII.

I A M *uero ſuccurrit illa quam bellos iſtos cõcionatores inuehere diſputationẽ retuliſti, coequandas omnium eſſe facultates ac poſſeſſiones. quoniam ſcriptum ſit,* Domini *eſſe terrã, & plenitudinem eius: quodque primores illi eccleſiæ duces omnia in cõmune contulerint: itaque concordißime uixerint, ideo quòd diuinitus cõmune datũ ſit, ſibi priuatim uſurpare, ſacrilegium: omnia enim eſſe cõmunia. Quo loco* Monetariani *toto, quod aiunt, cælo uidentur erraſſe: per hanc enim confuſionem religionum, ſacrorúmque neglectio contrahitur, hoſpitalitas diſſoluitur, & in ægrotos & tenues eleemoſyna reſtinguitur. etſi* Gymnoſophiſtæ, Brachmanes, & Eßei *in ſimili bonorum confuſione, permixtioneq; uixiſſe quondam referantur: hincq; fere* C C C L. *circiter annos* Ioachimus Hetruriæ *hierarchus, nuper uero* Valdenſes *ſimillimam æquilibritatem aſſeruerunt, talemq; ante mũdi epilogum in terris politiam uerſari debere prædicantes, in qua ſoli iuſti regnent, quum regna cuncta ſuperarint, iniquóſque deleuerint:*

c. 1. ne ſede uaca.

uerint: quemadmodum & in oceano meridiem uerſus inſulam deſcribit Diodorus Siculus,*omnium rerum,uel uxorum communitate uſam:nominatim uero* Garamantes *extremi* Africæ *populi,ac* Maſſagetæ*: uxores quoque communes habuerunt, & ueteres* Britanni *deni,duodeníque cõiuges tenuere cõmunes, eorúmque liberi erant,qui primo uirginem abduxiſſent:ſicut* Liburnis *communes fuerunt,quorum filij poſt quinquennium illis reddebantur ceu patribus,quibus ſimiliores uiderentur.*Attamen *huius ſententiæ tenuitas,inanitasq; ſeipſam prodit atque ſubuertit:per rerum enim incertitudinem ac contemplationem tollitur rei familiaris diligentia,cura ualetudinis abijcitur,omniaq́; tolluntur inſtrumenta,quibus uirtutis & officij laus cõtinetur.eſt enim naturale uitium negligere quod cõmuniter poſſidetur:utq́; ſe nihil habere putet,qui non proprium habeat,& partem ſuam corrumpi patiatur, dũ inuidet alienæ.* Equidẽ *quin perpulchre ſe terrarum orbis habeat,non eſt negandum,ſi primatorum cenſus lege certi & moderati fuerint. uelut* Lacedæmone *primum fuiſſe diuiſum æqualiter agrum ferunt,& ut* Numæ *lex ſanciebat,ut poſſeſſionum termini pariter omnibus* ἰσονομικῶς *ſtatuti eſſent,omnibúſque ſacri & inuiolabiles eſſent: ita fundum quiſque ſuum excoleret:hanc ſcilicet uitæ artem,morúmque magis q̃ diuitiarum effectricem iudicabat. omnibus enim agrum in pagos ita diuiſit,ut ſigillatim qui illos circuirẽt,ſtatueret:ipſe etiã interdũ circunſpectans ex operibus cuiuſque mores conięctaret, ita alios ad honores promouebat,alios ad ſecreta* Reipub.*conſilia deligebat:quos autem inertes & negligentes ex agricolatione deprehẽdiſſet,reijciens,uituperánſque caſtigabat.*Quid *agrarijs* Reip.R*om.legibus,an non concinna ſit æquatio? quibus (ut ait* Appianus*)perſcriptũ ſit,ut nemini ultra centũ capita maiorum armentorum,minorum duntaxat quingenta liceret habere.*

Populi communione uſi.

l.2. quan. & quib. quar. lib.X.C.

l.2.de re.diui. diuus. de ſer. ruſt. In laqueum. de acq.re.do. Si is qui eo. l.1.pro derel. §.item lapilli.de re.diuiſ.

telluris autē, ne ultra quingēta iugera poſſidere ius eſſet. Quid reliquis legibus quanta ἰσότης, quàm magna bonorum inducitur cōmunio? an non omnia quæ cælo, terra, mariq; capias, aucupando, uenādo, piſcando, hæc leges tibi concedunt? & quæcunq; itinere, naufragio derelicta, perdita, abiecta, primi fiunt occupantis? quæcunque in littore maris nanciſcare metalla, gemmas, lapillos, cateráque omnia ſtatim inuentoris fiunt? Imò uero quocunque in loco theſaurū inuenas, particula domino loci reſeruata, leges tibi cedere uolunt. Ita certe quodam modo uerā inter omnes bonorum æquationem ac communionem fieri uideas. quid enim aliud contractus, aut cōmercia ſunt? quid aliud iudicia uolunt, quàm quod apud me ſit, tu meritis & officio accipias? hæc ſana eſt adæquatio, cōmunicatióque cenſenda, quam ueteres poſt Epicurum ἰσονομίαν, *id eſt æquabilem & legitimam bonorū tributionē uocarunt, quæ ſiue cuiuſquam iniuria fiat, quæ legibus, boníſq; moribus congruat. ſiquidē, ut in phœniſsis* Euripides *ait:*

Iſonomia.

τὸ γὰρ ἴσον νόμιμον ἀνθρώποις ἔφυ. *id eſt,*

Aequalitas *namque leges hominibus dictat.*

V*t enim catheto uel decempeda deprehenditur æqualitas, ita ad bonorum æquabilitatem tenēdam, legibus eſt opus.* At *ferus iſte confuſusq; barbariæ* κοινονόμος, *quid aliud quàm rixas, pugnas, ac cædes adferat? qui uel inter conſanguineos & amiciſsimos ſimultates ac ſeditiones excitare ſoleat. Quid autem indignius, quàm quæ multo longóque labore quis parauerit, temporis puncto per uim & iniuriam à latrone diripi? quid calamitioſius, quā frugi hominem à ſceleratiſsimo nebulone diſpoliari? quid luctuoſius, quàm probum & infirmum ſenem ab aleatore & ganeone miſere nudari? Quorſum à* Deo *præceptū,* Ne *furator, neue fraudato, ſi rerum iſtam confuſionem inſtituiſſet, in qua nec furtum nec fraudatio poſsit accipi?* At *uero proprias habere facultates*

l.cum pater. §.dulciſs. de leg.2.

ac poſſeſ-

ac poſſeßiones, diuinum quoddam munus ac donum eſſe intelligendum eſt, ut apud Eccleſiaſtem *traditur*: Omnis *homo cui diuitias & facultates deus dedit, & poteſtatem conceßit ei ut comedat de ipſis, & tollat partẽ ſuam, & gaudeat in labore ſuo: iſtud donum dei eſt.* Quid *porro* Chriſtus, *an non loculos ac numos habuit?* Equidem *ſufficientia poßidere fas eſt, ad uſum ſcilicet, non ad abuſum aut luxum. illa quidẽ inexplebilis* πλεονεξία *iure damnatur: ſed iuſta dignáq; diuitiarũ poſſeßio, ſancta atq; diuina iudicatur.* Qui *diues igitur haberi uelit, non ei accumulanda pecunia, ſed minuenda ſitis & cupiditas eſt, quemadmodũ dicebat* Plato. Itaq; *& moderatæ rerum proprietates naturæ teſtimonijs comprobantur. nam in* Sardinia *fontes eſſe ferũtur, qui furibus cæcitatẽ afferant, ſi petito iureiurando illorum aquis oculos aſperſerint: & in* Sicilia *crateraram fons celebratur iureiurando ſacer: nam de quo iurant in tabella deſcriptum in aquam proijciunt: ſi fidele ſit, ſupernatat: ſi falſum, ſubmergitur: ſicut & fons* Thianeus *epotus, fidis hominibus ſalubris ac dulcis eſt: perfidis autem inſalubris, ut hydropiſim etiam afferat.* Plane *quid tam cuique debetur, quàm cum nauiter & fideliter in rem ſuam incubuerit, curæ & induſtriæ fructum habere, & cum ſua familia fortunarum ac lucellorum ſolatiũ percipere?* Equidem *ſi quis ſuorum, ait* Apoſtolus, *& maxime domeſticorũ curam non agit, fidem abnegat, & infideli nequior eſt.* Optimum *uero atque ſanctißimum tuendæ rei familiaris uidetur ſtudium: ob eamq; cauſam uir* Chriſtianus *& religioſus ea parare ſtudeat, quæ ſuppeditent & ad cultum, & ad uictum: nec ſibi ſoli, ſed coniugi, liberis, cæteríſque quos charos habeat: tuerique ab inopia & incommodo debeat.* Neque *enim attenuatio, ut ait* Eccleſiaſticus, *eſt in timore* Domini, *nec mendicare adiutorium eſt in eo.* Filij, *inquit ille, in tempore uitæ tuæ ne indigeas: melius eſt enim mori, quàm*

Proprietas rerum naturæ teſtimonio.

Timot.

Eccleſia. 40.

indigere: qui reſpicit in menſam alienam, à conſilio uictus longe abeſt uita eius. alit enim animã cibis alienis, at homo inſtructus ac gnarus ſeſe tutabitur. in ore uero imprudentis egeſtas inculcabitur, & in uentre eius ardeſcet ignis. quo loco miſerum plane iudicari hominem cernimus, qui non alicuius artificij uiam ad uictum anquirendum parandúmque deligat, ſed in ſola mendicitatis perfugio uitæ curſum conſtituat. Atqui *perquam difficile regnũ cælorũ, aiunt illis qui diuites fuerint, aſſequi. uerũ ſubdidit* Chriſtus, *tametſi ſumma uideatur hominibus illa difficultas, ſuo tamẽ numini ac congiario nihil eſſe facilius, nihil expeditius. & ſane præclarum & generoſum eſt animos ab opulentiæ delicijs li-*
Matth.6. *beros gerere. quapropter & monebat* Chriſtus. Ne *theſaurizetis uobis theſauros ſuper terram, ubi erugõ & tinearum corruptela, furúmque ſuffoſſio contingit. ubi enim theſaurus tuus, ibi & cor tuum. quod ſi illi opum ſolicitudini mentem tuam immerſeris, lucernam tuam nempe mẽtem extinxiſti: quaſi dicat ſummũ*
Pſal.61. *bonum illud cæleſte ictis auaritius ſordibus anteferas. quo etiam alluſit diuinus ille poeta* Dauid, *cum ait:* Diuitiæ *ſi affluant, nolite cor apponere.* Nimirum & Græcis χρήματα *uocantur opes, quia ſint hominibus uſui, non autem retinendæ ſint tenacius.* Quapropter *diuitias, ait* Cyprianus, *haud malas eſſe, ſed eos qui ſecus illas habeant, taxandos: non enim illas habere decet ut ijs perpetuo incubes, ſed ut pro neceßitatibus utamur. alioquin quid tam horrendum, tamq́; pertimeſcẽdum, quàm id genus hominum qui tanta auaritia pecunias & poſſeßiones amplexãtur, ut ab ijs membra diuelli facilius poſſe dicas. hinc* Bion *philoſophus uerißime dixiſſe memoratur, auaros non poßidere ſubſtantiam ac diuitias, ſed ipſos ab eis poßideri.* Itaque *ſi ijs utendum putes, quæ te* Deus *poßidere uoluit, ut* Diuus Cyprianus *ait, utitor: ſed ad res ſalutares: utitor, ſed ad bonas artes, ad illa*

quæ

quæ deus præcepit. Te *diuitem pauperes ſentiāt, locupletem indigentes intelligāt. Deo patrimonia fœneres tua.* Nā *hoc ipſo delinquis in* Deum, *ſi ob id datas à* Deo *tibi diuitias credis, ut illis inſalubriter perfruare.* Quemadmodum *enim ferrum* Deus *eſſe uoluit ad terræ culturam, non ad homicidia patranda: ita lautū & grande patrimonium pleriſque nutu* Dei *obtingit: non ad cumulanda uoluptatibus ſcelera: ſed potius ad proborum opem & ſubſidium. Sic &* Apoſtolus *ad* Corinthios *ſcribit:* Abundantia *ueſtra illorum ſuppleat inopiam, ut & illorum affluētia ſit inopiæ noſtræ ſupplementum: ut ſit æqualitas, ſicut de manna ſcriptum eſt:* Qui *multum habuit, huic nihil ſuperfuit: & qui modicū collegit, non indiguit. hæc ſcilicet illa uera eſt bonorū* ἰσονομία, *quæ facultates legibus partas liberalitate, charitatéque diſtribuit.* Atqui *obiectāt,* Domini *eſſe terrā, omniaq́; primorē eccleſiam cōmunia tenuiſſe. quaſi uero quiſquam* Deum *rerū omnium parentem ac principem neget, à quo mortales tāquā coloni globum iſtum terrarum exercendum acceptum habeant, acceptúmq́; ferant. quod eiuſdem uatis declaratur teſtimonio.* Cælum *cæli domino, terram autem dedit filijs hominum. quum autem alius alio plura poßideat, id quidem* Dei *donum ſacra teſtantur eſſe.* Nec *obeſt ueteris eccleſiæ collatio, quoniam non ui, non neceßitate illa munificentia, largitióque fiebat (ut teſtis eſt hiſtoria) nonne, inquit* Petrus, *omnino tibi manebat ager, & uenundatus in tua erat poteſtate?* Ne *quis igitur rem familiarem perdēdam, dilapidandamq́; concionibus iſtis exiſtimet: uerum ſi quæ liberaliter impendi in pios uſus poßint, benignius impartiatur.*

2. Corint. 8. | Exod. 16. | Act. 5.

An bellare, litigareq́; fas ſit. Cap. XIII.

EX HIS *celeberrimum illud* ἀξίωμα, *num lites, belláue fas ſit gerere, ferme diſcerni ac enucleari poſſe uidetur. nam ſi*

recte ac honeſte propria tenere ac poſſidere Deus homines intel ligat, & proprij quoque tuendi, conſeruandiq́; uias & rationes concedere uidetur. Itaq; quod tribunalia ridiculi iſti cacobaptiſtæ religionis opprobria, & iuriſconſultorum academias tartareas officinas dictitare ſolent, leguleos ac iudices nō aliud, quàm contentionum, & tanquam zizaniarum ſegetem conquirere deblaterāt: perniciosum ſane nugaciſſimumq́; conuitium eſt. Siquidem cum Deus ſit iuris, æquitatis ac iuſtitiæ parens: Iudices autem & iuriſconſulti legum ac iurium ſint populo præminiſtri, quaſiq́; myſtagogi: adeò ut uetetibus leges muti magiſtratus, magiſtratus uero ac iudices leges eſſe loquentes dicerentur, nam & iudicem Ariſtoteles ἔμψυχον δίκαιον, id eſt iuſtū animatū appellauit, horum perſonam inter homines religioſiſſimam eſſe fatendum eſt. Porro uerum ac proprium iudicis officium eſt, lites ipſas dirimere, ut atteſtantur ipſi iuriſconſulti. quorum quidem & omnis cura diligentia atque profeſsio in eo ſita eſt, ut emergentes quotidie contentiones ac quæſtiones ingenij uiribus, arte ac ſtudio dirimant: iuſtitiæ, pacisq́; rationem exponant: quoniam & ipſa præcipua legiſlatorū cura ſit (ut Iuſtinianus aſſeruit) litium ociſsime dirimēdarum uiam & conſilium ſuggerere. itaque nihil eſt cur huius artis academias tāta crimatione perſtringāt, quas uel ad cæleſtem heſperi claritatem ſanctiſſimus Daniel laudibus extulerit: Qui ad inſtitiam, inquit, erudiunt multos, quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates fulgebunt. Sic & ipſos iudices, qui ſatagant pauperem uindicare, & eripere atris litibus implicitum, ut ait Horatius, Deus optimus maximus Deos appellauit apud Pſalmographum. Iudicium reddite, inquit, egeno & pupil lo: afflictum & pauperem iuſtificate: eripite tenuem, & egenum de manu peccatoris liberate: tum ego, inquit, dixi, uos dij eſtis. quo quidem enchomio quid honorificentius? quid auguſtius, iudi cibus

Iudices legum myſtagogi.

L. æquiſsimū. de uſufructu. l. properan. de iud.

Daniel. 12.

Pſalm. 82.

cibus deſiderari poßit? Equidem ſi fieri poſſet, ut omniũ ſumma trãquillitate, morumq; ſanctitate humanæ uitæ curſus traducatur, feliciſſimum quidem, & uere aureum ſeculum laudare poſſimus, in quo nulla fori rabie, nullis iurgijs agitemur: ſed cum ita communis indolis labe, nimiáque φιλαυτία ſit comparatum incẽtiuum peccandi, iudicum equidem arbitrijs, cognitorumq; ſubſellijs opus habemus. Verum Deus, aiunt, non eſt author diſſenſionis, ſed pacis. eſto, ſed quid tot ſupplicia demonſtrãt, quàm cacodæmonum aſſeclas authores eſſe malorum? merito dictum eſt, Veh illi per quem offendiculum uenit. cum tamen alicũde neceſſum ſit accidere ſcandala: interim omnia componenda ſunt, & optima quaque ratione conſtituenda. Atqui præceptũ eſt, Si quis tibi pallium abſtulerit, concede illi uel tunicam: & ſi quis colaphum dederit in maxillam unam, obuerte illi & alteram. Vnde iudicum interdicta, patratorúmque clarigationes reprobari uideantur. hunc certe locum ita ſapientes homines intelligunt, ut ab eo qui pugnum inflixerit, antequam ultionem authoritate priuata ſumas, uel alterũ ſi ſit opus, toleres. Verum ad publicã authoritatem omnia potius referas. Itaq; & Chriſtus ipſe gladios à diſcipulis aſſumi uoluit, ut ſi aliter quã iudiciario more ab illa Phariſæorum manu illum opprimi contingeret, illi etiam cũ telo præſto eſſent: nec alioquin reſtiterit, quàm ut experiretur, num illi iudicij uiã exequerentur. Nec uero intelligendum, ut ſine expoſtulatione ferenda ſit iniuria: nam & Chriſtus depalmãtem ſe ſatellitem queribundus expoſtulauit, cur eum cederet. Nonnunquã tamen apoſtolus nouella naſcente eccleſia ſtomachatur, quòd quidam euangelij ſectatores pro tribunali Gentilium & Iudæorum impudenter rixarentur ac litigarent. unde tum recens religionis profeſſio mille Phariſæorũ cachinnis perſtringeretur. fuit enim ſemper gens illa Iudæorum, ut ait Cicero, maledica. quam-

[Margin: Math. 5.]

[Margin: Phariſæi maledici.]

obrem apoſtolus eiuſmodi controuerſias apud pios referendas, diſcutiendasq; potius admonebat. Cæterum nuſquã uetitum pio iudice uti, nuſquã damnatum inter ſuos ius ſuũ proſequi, cõpeperias. Quid enim leges in ciuitate proſint, niſi ſint iudices, qui eas executioni mandent? eadem ſcilicet, ut ueteres tradunt, cauſa fuit legum, quæ iudicum & principum conſtituendorum: iuſtitiæ nempe fruendæ cauſa. nam tenuiores, qui à potentioribus opprimebantur, ad aliquem cuius de iuſtitia ſumma eſſet opinio, confugiebant, qui hos cum ſummis pari iure retineret. quòd ſi conſequebantur, eo principe contenti erant: cum non conſequerentur, inuentæ ſunt paſſim leges, quæ una ſemper uoce loquerentur. harum ſunt interpretes ac uicarij iudices, atque adeò principes. qua de re & Iuſtinianus regiam ſortem hominibus quandam quaſi legem anuncitam eſſe teſtatur. Præclare uero Salomon, Rex ſedens ſuper ſolium iudicij. præ oculis omne malum diſſipat: & uoluntas regum, labia iuſtitiæ. Cum igitur iure ac legibus uti pernéceſſarium ſit, & ſi quidem laudabile ſit lites execrantium uotum, ad publicum tamen in proteruos præſidium, tribunal, malorum omnium euerriculum tuendũ eſt. unde lectiſſimi iudices ſancto numine legum, lites, querimoniáſque diſſoluãt. Quòd ſi propoſitis ſacroſanctis ſcripturis, aliíſq; ueritatis clariſſimis probationibus, iudices tam cauſæ faciunt examinationem, quàm ſuum proferunt iudicium: quid aliud, inquit Iuſtinianus, quàm Deum in cauſis iudicem inter homines eſſe credendũ eſt? Atque ne quidquam præter ius ſpirent iudices, in leges quoque iurati iudices eſſe debent. itaque ueteri more fuerunt, quemadmodum & omnes Romæ magiſtratus, electi intra quinque dies in leges iurare cogebantur. ſacroſanctis quippe legibus illos ſubiectos eſſe conuenit, cum & principes gubernandum ſecundum leges imperium ſuſcipiant. Sed altior mouetur quæſtio, num & Chriſtianis bellare

Margin notes: Quomodo leges inuentæ. — Prouerb. 20. & 16. — l. fi. de iure iurando. — 25. q. 1. ſatagendũ. §. fi. in authẽ. in med. let.

bellare liceat? Equidem ſanctiſsimis maioribus noſtris bellũ niſi pro religione, pro fide catholica, ac pro pace ſuſcipiatur, impium & nefariũ uiſum eſt. illis tamen de cauſis iuſtiſſime geri placuit. plena ſiquidem eſt iuſtitia, ut diuus Ambroſius ait, patriã à Barbaris bello tueri, infirmos defendere, & à latronibus ſocios protegere. pro Chriſti uero ſacris, quis mortem oppetere dubitet? quæ enim ſanctior mors, quàm pro illo uitã fundere, qui ut immortalitatem nobis pareret, non ſolum crudeliſsime cruciari non recuſauit, ſed etiam alacritate ſumma necem quæſiuerit? Prudẽter itaque maiores illi noſtri ſenſere, qui pro aris ac focis, pro patria, uel filijs in parentes, coniugibus in coniuges bellare fas putauerunt: quos alioquin omni ope ac ſtudio tueri, colerćque debeamus. quanto uero magis in prædones, in Barbaros? Nũ Theodoſius Imperator orthodoxus aduerſus Eugeniũ Regem à Chriſto alieniſſimum, parua manu ingentem Barbarorum exercitum, exoratæ tempeſtatis ſuppetijs miraculoſa potitus uictoria narratur? uentis in hoſtem ſæuientibus, turbinéque reuoluta in hoſtes tela uertente. unde Claudianus exclamauit: Bellum pium. 28. q. 1. uxor. l. minime. de religio.

O nimium dilecte Deo! cui fundit ab antris
Aeolus armatas acies, cui militat æther,
Et coniurati ueniunt ad claſsica uenti! Bellũ diuinũ.

Quid Conſtantini crucem attinet cõmemorare? quæ in ipſa meridiei hora ſuperne coram omni exercitu apparuit ita inſcripta? In hoc ſigno uinces. Quid an non fulminatricem illam Chriſtianorum legionem, omnis ætas concelebrauit? quæ cum Aelius Verus & Antoninus imperatores bellum in Marcomannos gererent, eamq; ad inopiam aquæ redactus eſſet exercitus, ut iam ſalus deploraretur: precibus à Chriſto largiſsimos imbres impetrarit, diuinoq; congiario lymphatum exercitum conſeruarit: cumq; prælium initum eſſet, fulgetra uultũ hoſtium ita perſtrinxerunt,

K ij

Fulminatrix legio Chriſtiana.

grãdiniſque lapidatio milites adeò perculerit, ut uictoriam toto celebratam orbe præſtiterint: unde κεραυνόϐολος *Chriſtianorũ legio, una omnium deinde uoce proclamata ſit, id eſt fulminatrix. Quid Moſis, Dauidis, Machabæorum, Charolorumq; tot pias acies, ſanctosq; triumphos recenſeam? quibus ſignis ſatis declaratur diuino conſenſu bella iuſtis de cauſis moueri. Nec immerito quidem in ſacris ſummus ille cæleſtis pater Deus Sabaoth, tanq̃ dux & ſignifex exercituum cognominatur. quippe qui iuſte belligerantibus, præſto cum inuocetur, eſſe ſoleat. Quam ob rem ſæpe circunſpiciendum, magnoq; conſilio perpendendum, quibus de rebus bella ſuſpiciantur, ne niſi iuſtis, probatisq; de cauſis inferantur. quid enim ſi pia ratio deſit, tam tetrum & inhumanum, quàm hos immaniſsime trucidari? illorũ ſemiuiua præcordia diſcerpi? iſtos per ilia perfodi medios? hinc expirantiũ ſanies, hinc languentium gemitus, aliunde crepitus oſſium, ut nihil tam deforme, tam exhorreſcendum fingi poſsit. inde nimirum per ἀντίφρασιν bellum tanquam turpe & implacidum eſt denominatum. Qua de re digniſsimum laude fuit Romanorum inſtitutum, quo niſi pium bellum (ut deſcribit Varro) & cauſis perſpectus prius indictum, nullum ducendum exiſtimauerunt, negotijsq; diſcutiẽdis & cauſis percenſendis uiginti Sacerdotes conſtituerunt, quos Fœciales quaſi fœderum antiſtites cognominauerint, tanquam rem ſacratiſsimam bellum cenſentes, cui ſacerdotalis iuriſditio præficienda eſſet.*

De⁹ Sabaoth.

Bellum per antiphraſim.

Fœciales.

De magiſtratu eiq; debita obedientia. Cap. XIIII.

SED VT *tandem bellum quod pſeudoleuterorum commouiſti, abſoluamus: quæ reliqua ſunt horũ tela paucis amoliamur. quod eo fiet ſane facilius, quòd ſigna ſunt cum acephalis, nulloq; duce inſtructis militibus conſeranda.* ἀναρχίαν *enim quam uocat*

Anarchia.

Hieronymus

Hieronymus, ideſt ſtatum ſine ullo principe, ſine magiſtratu, conantur inducere. nullam magiſtratus prælationem inter Chriſtianos tollerandam, nullum tributum, nullum uectigal, nullum reditum pēdendum aſſerentes. Quoniam ſcriptum ſit, Nolite fieri ſerui hominum: & qui maior inter uos eſſe cupiat, fiat ſicut miniſter ueſter, ac cuncti ſitis inuicem ſubiecti. quod quidem nihil eſt aliud, niſi Manichæorum hereſim renouare, qui reijciendam ideo ciuilem poteſtatem affirmarent, quòd Reip. tractatio à malo eſſe uideretur. Quorum nugas quum pluribus ueterum argumentis refutatas eſſe conſtet, non premam hos uehemētius: obedientiam tantum quæ principibus & magiſtratibus debeatur, quam πειθαρχίαν *Graij dixerunt, commendaſſe nobis ſat eſſe uidebitur. docet igitur Paulus, Obedite præpoſitis ueſtris, & ſubiacete illis: non enim poteſtas eſt, niſi deſuper data ſit, ut in euāgelio teſtatum extat. itidémque diuus Petrus admonuit, Subiecti eſtote omni humanæ creaturæ propter Deum, ſiue Regi tanq̄ præeminenti, ſiue Ducibus quaſi ab eo cōmiſsis ad maleficiorum uindictā, quia ſic eſt uoluntas Dei. unde fit perſpicuū inclytam ſemper & intemeratā magiſtratuum eſſe dignationē & reuerētiā. hinc laudatur Horatia Romanorū lex: Qui Tribunis plebis, Aedilibus, Iudicibus, Decemuiris nocuerit, eius caput Ioui ſacrū eſto: eiusq; familia ad ædem Cereris uenum ito. Sacrilegij enim, aut Sacricommiſsi crimē eſſe uel ethnicus legiſlator exiſtimauit, magiſtratui detrahere, deq; illius poteſtate dubitare. Nā qui poteſtati reſiſtit, inquit apoſtolus, Dei ordinationi reſiſtit. Minime igitur reijciendus, deteſtandúsque politiſmus, ideſt ciuilis poteſtatis, reíque publicæ adminiſtratio: quin optimo ac pientiſſimo cuiq; magiſtratus honeſtiſsime conueniet. Proinde quid in rebus humanis tam utile, támq; neceſſarium, quàm magiſtratus imperium? cum ut ait Salomon, ſine magiſtratu populus corruat. Cum*

Galat. 5.
1. Pet. 5.
Hebr. 13.
1. Pet. 2.
l. 2. de crimin. ſacrileg. C.

igitur ad publicam adminiſtrationem te patria uocet, perabſurdum ſane ſit (ut ad Architam *ſcribit* Plato*) non parere, cum præſertim ſimul accidat, ut aditus prauis hominibus relinquatur, qui nulla uirtutis ratione poßint ad* Remp*. accedere: nam ſi magiſtratus eſt neceſſarius, meliores uiros eũ aſſumere potius oportet, quàm improbos. fieri enim non poteſt, ut improbi probe rem* **Magiſtratus onus potius quàm honor.** *gerant: capeſſendus ergo pijs & ſanctis eſt magiſtratus.* Idcirco *qui epiſcopatum (ait apoſtolus) deſyderat, bonũ opus deſyderat: opus inqu ĩ, non ocium: adminiſtrationem quippe publicam qui appetit, grauißimum negotium, & ingens onus in ſe ſuſcipit, animaduerſioníque diuinæ ſubditum. nam ut ait* Flaccus,

R *eges in ipſos, imperium eſt* Iouis,
C *lari Giganteo triumpho,*
C *uncta ſupercilio mouentis.*

A*t uero magiſtratus intollerandũ ſubiectis eſt iugum. Imò uero magiſtratus ac principatus nihil eſt aliud, quã mutua ſeruitus. ut ingenue rex* Antigonus *faſſus eſt, cum filiũ de regni cura moneret.* Nihil*.n. regnum eſſe præfatus eſt, quàm ſplẽdidam ſeruitutem: quoniam non populus cauſa gubernatoris, ſed cõtrà gubernator cauſa populi fit. ſeruit ergo populo gubernator, tanquã* **Populi paſtor Rex.** *paſtor ouili. unde* ποιμένα λαῶν*.i paſtorẽ populorum* Agamemnonem Regem Homerus *uocauit.* Quin *& ueteribus* Rex ἄναξ *dictus eſt, quia* ἄνακος *medella dicitur: ideo ſalubris ſubditorum cura* Regibus *incumbat, ut* Euſtathius *eleganter docet, paritérq; ſalutaris regundæ* Reip*. ratio,* Regibus *nomen impoſuit: eſt enim* Regum *proprium inſomnes trahere noctes, ut populi ſub omni tranquillitate degant. quemadmodum* Epaminondas Thebanus *ciuibus infeſtos ludos, conuiuiáq; ſolutis, ſolus arma, mœniáque luſtrabat, ſe uigilare ac ieiunare dicens, quo alijs dormire genióque indulgere liceret.* Nec *immerito* Regũ *coronas aculeatas &*

ſpinoſas

ſpinoſas effingunt, ceu triſtificas & anxiferas. eſt enim principatus cum ſummi laboris & periculi, tum magnæ cautionis & ſeruitutis. Cum ab amicis Tyberius rogaretur, ut imperium ſuſciperet, is illos increpitabat, ut ignaros quanta bellua eſſet imperium. coactus tandem conquerebatur ſibi miſeram & oneroſam imponi ſeruitutem. quid enim ſolitudinis ac periculi pro populi felicitate ac pace Reges non ſubeunt? Imperium magna bellua.

Heu triſtia Regni, ait Mapheus,
Munera! quæ haud paruo conſtant, heu grandia rerum
Pondera! quæ nunquam placidam permittere quietem,
Nec requiem conferre queant, heu ſortis acerbæ,
Et miſere regale decus! magnóque timori
Suppoſitos regum caſus, paciſq; negatos!

Quod autẽ illis ſtipendij ac tributi pendimus, idcirco præſtandũ uiſum eſt, ut illis terra, mariq; foris excubantibus, ſecuri domi ſimus: & quod innumeris telis, odijs, ac caſibus pro communi ſalute ſeſe committant, aliquanto fortunarum noſtrarum ſolamine compenſamus. Ideo reſcripſit ad Græcos Alexander Auguſtus, non minorem ſecuritatis, ſeu libertatis ſubditorũ principi curam eſſe, quàm eorum obedientiæ ac beneuolẽtiæ. Magnifica plane ac principe digna ſentẽtia. hac enim ratione dicere ſolebat Ariſtippus regem à tyranno diſtare, ut libertatem à ſeruitute. qui enim principis obutitur officio, in regnatorem quẽdam degenerat, & pro rectionis miniſterio, Phalariſmi præbet horrorẽ. Quàm uero laudandus ille Traianus, qui Senatum patrem appellare ſolitus, ſe tantum laboris miniſtrum eſſe dicebat: quum uero præfectum prætorij cõſtitueret, militaríque cingulo donaret, quod erat eius magiſtratus inſigne, ita locutus fertur: hunc enſem accipe: & ſi quidem recte imperaro, pro me, ſin ſecus, in me utare. quantã hic in ſe ſuis libertatem, ſibi uero quantam ſeruitutem honeſte regẽ-

L. Imperator. de appellat.

Heroica Traiani uox.

Seruitus prin-cipum. *di impoſuit? Quis Saturninum Auguſtum non meminit, cum à ſuis purpuram imperatoriam indueretur, dixiſſe? Neſcitis amici, neſcitis, quid mali ſit imperare. Gladij noſtris impendent ceruicibus, imminent haſtæ, timentur hoſtes, comites formidantur: non ad uoluptatem cibus, non iter ad authoritatem, non ad ſtudium arma: dein omnibus placere ἀδύνατον: ſenex bello inhabilis, iuuenis furioſus habetur. Quæ cum tanta ſint principatus, aut magiſtratus incommoda: tot pro cunctis odia & pericula, quis illis obedientiæ, obſeruantiæq; gratiam pius detrahat? Diuinum & mediusfidius nunquam ſatis laudatum oraculũ eſt: Dijs non detrahes, & principi populi tui non maledices. quandoquidem, ut Homerus uaticinatur,*

Exod. 22.

θυμὸς δὲ μέγας ἐστὶ διοτρεφέος βασιλῆος,

τιμὴ δ' ἐκ διός ἐστι. *i. magna quidẽ ſacroſancti regis eſt ira: eius autem dignitas à Deo eſt. Cum igitur à Deo magiſtratus authoritas proficiſcatur, ſummum in terris eſt piaculum principatui, uel magiſtratibus immorigerum, aut infeſtum eſſe. quod (ut miſerum interfectorum Iulij Cæſaris, ac aliorum exitũ prætereamus) nobilis Aethiopum caſus planiſſimum fecit. Nam (ut eſt apud Philoſtratum) cum partem Indiæ quãdam illi ut incolæ tenerent, imperióq; Gangis Regis ſubiecti morem gererent, tãdiu feliciſſimam uitam, lætiſſimamq; duxere fortunam. poſt uero quàm arrogantia Regem ſuum occidere præſumpſerunt, adeò ſuperis & inferis exoſi infenſiq; fuere, ut ne ipſis quidem locis ac ſedibus hos tellus ferre potuerit: nã immatura fata, & ſiti enecta fuere, & mulieres uitijs abortiuis partus perdidere, ac ſanie pecus expirauit: ubicunque uero illi migrando ciuitatem conſtituere tentaſſent, ſubterraneo fragore ſuccuſſabãtur, funditúſque domicilia proſternebantur. Tãta eſt publicæ authoritatis dignitas, tanta maieſtas, ut etiam præpoſitis dyſcolis obediẽdum eſſe ſuadeant,*

Exitus rebellium infelix.

ſuadeant,non quidem illorum quibus ſit obediendum gratia,ſed ad illius ſummi Domini *uenerationem & obtemperantiam. melior enim & acceptior,ut ſacra perhibent, eſt uictimis obedientia.neq; uero* Reges *edicunt aut ſtatuunt,ſed altitonans ille* Imperator,*qui* Regis *corculum inflectit & impellit. Scitũ eſt enim cor* Regis *in manu* Dei,*& quo uolet,inclinat illud.*Frendãt *igitur quãlibet* Libertini, *immota ſane perſtabunt magiſtratuum ſceptra,uectigalia,tributaq; ſarcta tectaq; durabunt. id namq; diuus* Paulus *effatur,*Reddite *cuique debitũ: cui uectigal,uectigal:cui tributũ,tributum .quia cum poteſtatibus omnes eſſe ſubditi iubeantur,ſubiectionis eſt probatio tributi penſitatio.Si uero filius* Dei *cenſum perſoluerit,edictiſque* Octauiani *obedierit, quis tandem è genere titanum eſt, qui non ſoluendum putet? qui magiſtratibus aduerſetur?* At *obiectant,*Ne *ſiamus ſerui hominum.cedo,qui ſerui uocentur hominum?an non adulatores,paraſiti,lenones & amatores,idq; generis mancipia?*Quod *autẽ inuicem ſubiectos eſſe nos requirunt,quid, quàm ſocietatis charitatẽ ſignificat,in qua magiſtratus mutua ſit ſeruitus?*Dum *uero miniſtrum ſtatuunt,qui maior eſſe cupiat,nihil plane præter arrogãtiam* [illegible], *& ambitum improbari putandum eſt, ut quo maiores,tanto nos ſummiſsius geramus.*

Roma.13.

c.omnis.de cenſib.

Qui ſerui hominum.

Quid ciuitas & Reſp.ſit,& quotuplex. Cap. XV.

SANCTA *eſt igitur atque diuina ciuilis uitæ ratio,quæ tot cælicolarũ placitis ſtabilita, tot ſeculorũ iudicijs corroborata,ad tantum ornatũ,ſplendoremq; proceſſerit.* Meritoq; *ſacram eſſe* Rempub.M.Druſus *ſenior prædicabat,ut quicunq; eam uiolaſſet,ab omnibus ei perſoluendæ pœnæ uenirent.* Quin *etiam* Reip.*numen quondam maieſtas* Dea *concelebrata fuit, ipſius* Iouis *cuſtos:honoris autem filia,ut ueteres illi ingenioſi homines*

L

effinxerunt, ut publicum numen rerum humanarum celſiſsimum decus, diuinis deſignarent encomijs. itaque & illi tēplum à Romanis in regione Capena conſecratum extitit. Quid uero diuus ille Iohannes, an non piorum hominum ciuitatem portis, mœnibúſque deſcriptiſsimā diuinitus de cælo lapſam in terras eſt uaticinatus? Quid illam porro beatam ciuitatem intelligamus? an non piæ multitudinis cœtum iuris conſenſu, diuinorúmque decretorum ratione ſociatum & conuocatum? hic uero ciuitatem non luteis aut ſaxeis muris uallóque diffinimus. tametſi Verrius Flaccus, & ciuitatē inter alia ſignificata tradiderit, ipſum quoque populi locum, ſeptumq́; denotare. unde perperā bardi leguleí quidam ciuitatis propriam uidentur diffinitionem ſumpſiſſe, cum eam eſſe diffiniant ciuitatem, quæ muris cingatur. quaſi uero Lacedæmon, ciuitas non fuerit, quæ ſine muris ſexcentos annos nō ſolum ciuiliter uixerit, ſed etiam latiſsimum tenuerit imperiū. uel Athenæ ciuitatis nomen amiſerint, cum liberis, coniugibus ac fortunis Trozenem deportatis, atticos muros æquādos ſolo reliquerunt: aut non populus ac ciuitas Iſraelitica gens fuerit in illa Arabiæ peregrinatione, in qua & Moſes eccleſiā Dei agmen illud Iſraëliticū uocauit: nēpe Remp. illā Iudæorum ſentiens, quāuis ſedes fixas, locúmq; ſpacijs communibus diſtinctum, nedum ullum incolerent: ſed deſertas rupes illas præterirent. hac uero ætate quis nō uidet Venetias, Mediolanū, aliasq; permultas ciuitates muris nudas, clariſsimum ciuitatis & Reip. titulū præferre? Verum ciuitatē iam accipimus, quēadmodum M. Tullius libro de Repub. primo diffinit, omnem populum iuris ciuilis æquitatiſq; conſtitutione ſociatū, qui forte plures etiam in urbes coloniáſq; diſtinctus, ſed una iuris eiuſdem cōſenſione deuinctus ſit. huius autem ciuitatis mœnia ſunt leges, portæ, magiſtratus. neque. n. ut idem aſſeuerat, ciuitas eſt ferorum & immaniū conuentus,

Templum diuæ maieſtati.

Ciuitates ſine muris.

Ciuitas quid.

conuētus, aut etiā multitudo fugitiuorū ac latronum in unū congregata:ſed,ut ipſe pro Sextio *ait, ciuitates ac* Reſpublicæ *ſunt hominū ac populorum in unum cōgregatorum,& ad iuſtitiā traductorum uniuerſitates,quæ in legum obſequium conſenſere:& res ad communem utilitatem pertinentes,quas inde* Reſpublicas *nominarunt,inuento diuino & humano iure munierunt.ut intelligere liceat,ciuitates ac* Reſpublicas *mentis oculis,potius quàm muris ſignificari iuris ac conſilij quædā eſſe clauſtra.* Itaq; Pindarus *illam miris cōmendat laudibus ciuitatem,quam* θέμις, θυγάτηρ τε σώτειρα λέλογχεν μεγαλόδοξος εὐνομία, *ideſt ius illiúsq; filia ſalutaris eunomia compererit.* Quapropter *inſulſa, planéque* Phariſaica *catabaptiſtarum eſt deluſio,quum illam* Iohannis *ciuitatem,ſuam illam commentitiam politiam interpretātur,quod millenarium regnum uocant, in quo ſoli iuſti fuſis ac debellatis iniuſtis omnibus,uniuerſo terrarum orbi dominentur,in quo nullis iudicijs,nullis legibus,nullis denique ſit opus magiſtratibus. Sed ô delyrationem hominum incredibilem! an non enim in ſanctis peccati fomes reſiduus? atque ſepties, ut aiunt, in die peccat iuſtus,meritóque conſtitutionibus politicis omnes proficiant? an non cæleſtis choragia præfecturis & ordinibus eſt diſtincta? hāc nos beatam ſentiamus,hāc piam aſſeramus ciuitatem eſſe,in qua omnibus* Reſp. *numeris,partibusq; perfecta ſit,recte,honeſte,inſtitutóq; maiorum uiuatur. Nec uero dubium quin plures* Reip. *formæ,ac plures ciuitatum ſint ſpecies, quarum alia quidem alia uideatur perfectior ac beatior.* Tria *nempe deſcribuntur à philoſophis* Reipublicæ *genera:* Regnū,*quod unius conſilio dirigatur.* Ariſtocratia,*quæ optimatum poteſtate gubernetur: &* Popularis *politia,quæ imperandi uiciſsitudinibus adminiſtretur.Sic & tres* Rerumpublicarum *exceſſus:* Tyrannis,*ipſius legitimæ monarchiæ alteratio:* Oligarchia,*ſtatus optimatum à paucis occupa*

Reſpublica.

Regnum millenarium.

Reip. genera tria.

tus: & Democratia popularis Reipublicæ diſſolutio. Sed quẽad modum Regia Reſp. quia paucioribus tumultibus obnoxia, & propius ad diuinæ monados inſtar formata ſit, optima indicatur: ita proculdubio Tyrannis omniũ eſt peſſima. inde enim Tyrannus dicitur, quòd τείρει τοὺς λαοὺς ideſt conterit populos, ὀνία auferens, ideſt, utilia. Ciuitatum autem ſpecies ab Herẽnio Modeſtino ſtatuuntur tres. Maxime ſunt, quæ ſummi imperij prærogatiuam habeant, quæq; colonias deduxerunt, quas Metropoles uocant. Maiores, quæ fora cauſarum habeant, quales effœderatæ. Tum & reliquæ, quales ſtipendiariæ, & quæ non ſint αὐτόνομοι: quarum quidem beatiſſimæ, quæ cultiſſimæ ſint & ornotiſſimæ. Sed cum longioris hæc ſint argumenti, quàm temporis anguſtiæ patiantur exequi, quod ſupereſt, iſtos Anabaptiſtarũ ſuffragatores amanter exoremus, ut publice paci conſulant: ciuitates ac Reſpublicas ſaluas cupiant: ſuæ ſaluti prouiſum uelint: cogitẽt quot decoctores, patrimonio naufragi ac deſperati homines: quot latrones in ciuium honeſtiſſimorum domos irrumpere, in templornm ſacraria penetrare, in omnium deniq; urbium direptionẽ inuolare, huius opinationis colore. quod opprobrio Gothis ac Vandalis maximo uerſum eſt: qui tot, euangelij prætextu, ruinas, tot prædas, tantas ſtrages in beatiſſimam quanq; ciuitatem ediderint (quẽadmodum Fla. Iuſtinianus atteſtatur) quum per ſimilem Vandalorum hæreſim latinæ gentis nimirum tum locupletiſſimæ hoſtem fuiſſe capitaliſſimam deſcribit, dũ ad ſuam perfidiã rebaptiſando quoſq; conuertere ac inſtruere ſimularent. Sed interim cum ſe religioſos in concionibus profiterẽtur, honeſtiſſimis quibúsuis ciuitatibus uim inferre non dubitabant, quouſque tandem in eam diuinitus cladem incidere, ut debitas uexato terrarum orbi pœnas exoluerint. non enim multis poſt Martianum imperatorem annis (ut eſt apud Cyprianum) circa

Tyrannis unde.

Metropolis.

Ciuitas effœderata.

Stipendiaria.

L. i. de off. præfect. affr. C.

Iuſtiniani uero παμβασιλείας, cum ex Africa magna hæreticorum illorum copia in Aquitaniam nauigaſſet, tanta cælitus uictoria Pipino Aquitanorum Regi delata eſt, ut ex hoſtium innumero exercitu, ne unus quidem ſuperſtes euaſerit: quemadmodum ante Regi cæleſti oraculo pronunciatum fuerat: Rex uero perpaucos exercitus ſui deſyderarit. Sícque undiquaq; breui omnis illorum colluuies conſumpta ſit. Quamobrem quid hi phanatici iam molliantur, cum dudum hæreſis Anabaptiſtica cæleſti teſtimonio damnata ſit, quàm ſine ſolida ratione debacchentur, animaduertant. Nos peregrine, quoniam ad ſuburbium uentum eſt, diſputationi modum imponamus. Vandalicæ factionis interitus.

LIBRI PRIMI POLITICORVM FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA … EMANUE…

PRAEFATIO.

CVM duo Reip. momenta ſint, Orator Illuſtriſſime, quibus res humanæ potiſſimum contineantur: belli ſcilicet ac pacis rationibus conſtituta, perſapiēter à maioribus eſt iudicatum, qui bellicis rebus, pacis, & cōcordiæ ſtudia longe præſtātiora cēſuerunt, bellóque iuſtiſſimo pacē uel iniquiſſimam pretulerunt: quoniam pacis æquitatis & iuſtitiæ conditione bene beatéq; uiuendi rationem adipiſcamur: quā ſi diligenter coluerimus, nullis artis militaris partibus opus habituri ſimus. Qua de re Martē belli Deū Tyranū Timotheū appellitaſſe, Legem uerò iuxta Pyndari ſententiam, omniū principem & Reginā accepimus. Siquidem nihil tam horridū, nihil tam ſæuum ac calamitoſum, q̄ bellorum ac ſeditionum perturbatio: nihil uero tam populò gratum, nihil tam iucundum, quā pax ac uitæ ſecuritas. Ideo Reges, inquit Homerus, non expugnatrices urbium machinas, æratasq; naues, ſed iuſtitiam à Ioue ſumptam exercere atque cuſtodire cōuenit. Iuſtitiæ uero diſciplinam cum omnibus plane perſpectam cognitamq; decet eſſe: quoniam, ut Ariſtippus aſſerebat, melius ſit mēdicum fieri, quàm indoctū: tum quidem illis præſertim oportet eſſe notiſſimam, qui in media Reipub. luce uerſari, ciuitatíſque muneribus fungi decreuerit. Neque enim quiſquam, ut ait Ariſtoteles, uir bonus in Rep. eſſe poteſt, qui non ſit hac ciuili prudentia perpolitus. Quum autem illam ciuitatis partem quæ in armis ac prælijs poſita ſit, uel puluerulēti & horridi milites in artem redactam dudum excolant, (ſiquidem Spartiatæ primum è uarijs euentis experimētiſq; militiæ diſciplinam, artemq; collegiſſe feruntur, ac rem quæ ſorte cōtineri uideretur, ita conſtituiſſe, ut eius artis ſcholas magiſtróſque

que

que docendæ iuuentuti præfecerint) inſulſum quidem hoc ſeculo uideri poſſit, nonnullos qui ex profeſſo quotidie in ciuilis prudētiæ ſcholis ac buleutherijs uerſentur, nulla arte exquiſita, de rebus ante oculos poſitis diſputare: ſed tanquā Amaphanios *quoſdam amethodicos inaniter ieiuneque contendere. cogitanti uero mihi, ac animo ueterum diſciplinam repetenti, perbeatum ſane priſcorum iuris prudentum inſtitutum fuiſſe uidetur, qui tam concinna dicendi diſſerendique ratione, tot legum interpretamēta poſteritati reliquerint. quid enim illorum omnium reſponſis, monumētisq; congruentius? quid artificioſius? qui cum multis ſeculis ſeiuncti fuerint, perſimili tamen ubique methodo iura tradant: in eandem legum æquitatem conſentiāt:* Nec *uero tam perpetuum, tamq; compactū horum eſſe potuit ſtudium, quin certis ac nunquam fallentibus artis numeris dirigeretur.* Neque *enim* Nerua *iuris ſcientia tam egregius ante pubertatem extitiſſet, niſi breuem quandam iuris prudentiæ methodon didiſciſſet, qui anno ætatis decimo ſeptimo de iure publice reſponſitarit.* Nec Baylardus *philoſophus, quem iuriſconſulti memorant, ex omni lege quæ ſibi propoſita eſſet, polliceri potuit, inſtar* Gorgiæ, *de iure ſe reſponſurum, niſi quadam artis doctrina fretus eſſet.* Nos *quidē in publica diſputatione* Bononiæ *nuper* Hiſpanū *uidimus, qui hoc* Academiæ *propoſuerit enunciatū,* Vt *qui uellet, quālibet fingeret legem, ſeq; de illa ratiocinaturū, atque diſputaturū polliceretur, quæ certe abſque artis præceptione præſtari nō potuerunt.* De *ipſa itaque iuris arte cum & meorum ſtudiorum, &* Reip. *intereſſe uideatur nonnihil commentari, id totum muſæo tuo conſecrandum exiſtimaui.* Vale Romæ Idib. Octob.

Anno. M. D. X L I I I I.

Albani Spinaſati politi-

CORVM LIBER SECVNDVS, DE ARTE IVRIS.

Interlocutores, Ciuis & Aulicus.

AN IVS SIT ARS. *Cap.* I.

CIVIS.

O TER *quatérq; beatos populos, quibus, ut ais, tã accurate* Regia *philoſophatur!* AVLICVS. Perbeatos *equidem, mi municeps: atque adeò ut nulla non regni gloria tãto decore preſtingatur,* Perſarum *quidem* Reges, *quòd ſemper ante ſacrificium de iure iuſtitiaq́; diſputarent, mirifice laudatos à maioribus accepimus. atqui ſuſceptum pridem hoc inſtitutum,* Aula *longe ſane reddidit illuſtrius, magiſtratu nempe diſputationi præſtituto, qui* Regius Anagnoſtes *appellatur. ibi ſeu ſenſus theologos, ſeu ſanctam* Themidos *artem quæras, næ tibi quædam cælitum colonia uideri poßit.* CIVIS. *Sed quam tu mihi* Themidos *artem narras, mi* Patritie? *non enim ſatis accipio.* AVLICVS. *Illam nimirum, qua claros iſtos cenſemus* Apollines,

Reges diſputabãt de iure.

Qui iuris nodos, & legum ænigmata ſoluũt, ut eſt apud Satyricum. *Artis enim legalis, eximiæq́; iuris prudẽtiæ, præſes habetur* Themis, *à legum æternarum decretis nominata, quæ* Græci νομιμία *uocarunt. cuius artis ſtudio quid principi & nobili uiro dignius? quid palatijs aptius? quid rebus publicis auguſtius commemorari poßit?* CIVIS. *Iſta uero permira uidetur ars,* Palatine, *quum ſuo illo politico diuinus* Plato *artẽ neget ullam*

Themis à tethimemis i. ſtatutis.

quicquam

quicquam iuris in uniuerſum poſſe ratum ſtatuere, ob infinitam rerum humanarum uiciſsitudinem,gentium, morúmque diuerſitatem.Quis enim aſtutulos Pœnos *&* Arcadas *illos ſtupidos eadem lege regẽdos,niſi plane ſtupidus ipſe cenſeat? quis nimirum eodem collyrio morbos omnes curandos,niſi ueſanus & imperitus putet?Quî* Calingis *&* Mandris *noſtratia iura conueniãt,* **Calingi uix decẽniũ uiuũt.** *quæ nuptijs bis ſenos annos requirãt,quum quinquennes ibi ſeptennéſque fœminæ concipiant,decimũ uitæ annum uix unquam attingant? Quorſum* Aegyptijs *imbrium expertibus, noſtræ de aqua pluuia leges?*Porro *quid certi tantæ rerum humanarũ uolubilitati præfinias?quando*

N*ihil eſt quod toto perſtet in orbe, inquit* Naſo,
C*uncta fluunt,omníſque uagans formatur imago.*

Q*uamobrem præclare teſtatur in nomotheſia* Plato,*nullum unquam hominem lege quicquam ſancire,uerum fortunam, caſúſq;* **Fortuna legũ author.** *uarios uentillare per omnia leges:aut enim bella mutant* Remp. *legéſq; conuellunt:aut morbus,calamitas incommodúmue quoddam compluria flectere iura,uariaréque compellet. quocirca qui conetur in tam incertis & euariantibus rebus artem circunſcriptam ſiſtere,quid aliud quàm hydræ ceruices multipliciter repu* **Ius ceu hydra.** *lulantes amputare tentet?* AVLICVS. I*mò uero leges conſequi artem,is quem memoras,philoſophus illo eodem libro tandem concludit.etſi enim aliud ſecunda, aliud aduerſa tempeſtate nauibus ſit uſui,ſuborta tamen,inquit,procella,longe refert artem gubernandi calleas,nec ne.*I*tidémque cum perpetuum diuina prouidentia ius humanis mentibus ſit ſtabilitum,eiuſq; certa in uniuerſum elementa diuturno humanæ uitæ cultu notata & obſeruata ſint,quod ad cunq; legum genus feramur,quis morum ac legum ignaro,ad reſpondẽdum de religionum ac fœderũ iuribus* Scæuolam *pontificẽ uniuerſi iuris peritiſsimũ,aut ſi de pro-*

uincialium rationibus, de uſucapionũ, ſtipulationũ, cæterarúmque rerum innumerabilium iudicijs pronũciandum ſit, Papinianum, aliúmue iuriſconſultiſſimum non anteponat? qui uelut ad

Critolai peripatetici libra

Critolai libram diribeat,

Hoc puto non iuſtum eſt, illud male, rectius illud.
Scit etenim iuſtum gemina ſuſpendere lance
Ancipitis libræ.   *ut ait* Perſius.

Ius ciuile quid.

Nimirum cum & ius ciuile ſit æquitas conſtituta ijs, qui eiuſdem ſunt ciuitatis, ad res ſuas obtinendas, ut Orator *ad* Trebatium *diffinit: certam ac notam eſſe iuris materiem conſtat, quæ ſi ſtudioſo & ingenioſo huius diſciplinæ profeſſori impepropoſita ac diligenter, diu, multúmq; pertractata fuerit, quid impediet, quo minus illius peritiã, quam artem dicimus, deſcriptam, diffinitámque conſequatur? quid enim labor improbus nõ uincit? alioquin omnes prorſus ſint in ſtudijs irritæ uigiliæ. Cur uero tot in* Academijs *laurea iuriſprudentiæ corona decorentur, niſi ſingularem quendam ſtudiorum profectum attigiſſe ſint iudicati? Cur tot iuriſconſultos prædicẽt, niſi quam artis & cognitionis ſuæ fidem foro fecerint? niſi populo conſilium & idoneam operam accommodarint?* Is *uero iuriſconſultus dici meretur, ut* Tullius *ad* Q. *fratrem diffinit, qui legum & conſuetudinis eius qua priuati in ciuitate utantur, & ad agendum, & ad reſpondendum, & ad cauendum peritus eſt. horum igitur explicatricẽ intelligentiam iuris artem omnium ueterum authoritate nominamus.* Etenim *Nomothetices totiúſq; ciuilis prudentiæ artẽ eſſe,* Cicero *μονοβίβλῳ nominatim de iure redigendo in artem inſcripto dillucide teſtatus eſt. Siquidem, ut ille ait, nullam dicere maximarum rerum artem eſſe, quum minimarum ſine arte nulla ſit, hominum eſt parum conſyderate loquentium, atque in maximis rebus errantium. quid enim ſomnijs leuius? quorum tamen artem*

Iuriſconſulti diffinitio.

Antiphon,

Antiphon, *Aſtyampſicus, alijq́; multi cōpoſuerunt? An nō Siculis olim* Pantaleon Mythecus *coquinandi iuris conſcripſit artem?* **Pantaleonis ars.** *Iam uero quid turpius, quàm iuriſconſulto tam glorioſæ profeſſionis inertiam & inſcientiam quam* ἀτεχνίαν *Graij dicunt, exprobrari, cum iuris artē coquinula profiteatur? Atqui ueriſſimū uidetur quod* Androclus *traditur fuiſſe dictum, ut ſale condiendis piſcibus, ita lege quadam condendis legibus opus eſſe, nempe certa quadam regula & artificioſa quaſi lege legum. Qua de re* Cato *noſter dixiſſe uidetur:*

Ipſæ etiam leges cupiunt, ut iuſte regantur. **Leges lege regendæ.**

Quid enim iniquius, quid intollerabilius quàm malitioſa iuris & legum interpretatio? quàm legi fraudem uafricie facere? Canones itaque lex omnis recipit ac deſyderat: unde conflatur quæ iuris ars nuncupatur. Itaq; nemo ex his qui huic præfuerunt diſciplinæ, dubitauit artem aſſerere. ut etiam ipſo ſtatim librorum ſuorum initio ius pereleganter æqui boniq́; artem diffiniant. **l.1. de iuſtit.**

Ius artem artium maximam & perfectiſſimam eſſe. Cap. II.

NEC *uero ſolum artem ius eſſe, ſed omnium etiam aliarū artium maximam ac uelut* Reginā *clariſſimus philoſophus* Plutarchus *prædicauit, interq́; multos teſtem collaudans* Pindarū, *qui* Ariſtotechnem *appellet* Deum, *ceu uere iuſtitiæ artificem.* **Ariſtotechnes Deus.** *quòd diffinire potiſſimum norit quî, quando, & quouſq; ſit iniquorū quiſque plectendus. cuius artis diſcipulum quoq;* Minoem *fuiſſe quāuis* Regē Homeri *authoritate tradidit: perinde ac nihil præclarum, nihil è* Repub. *decernere queat, qui non hanc artem apprime perceperit. quod enim* Reipub. *membrum officijs iuſtitiæ carere poteſt? cum nihil* Reſp. *ſit aliud quàm iure ac legi-*

bus cõſtituta ſocietas.nec immerito regiam diſciplinã nominabat Socrates legalem peritiã: quoniã nullũ tam dignũ Rege *ſit officium,* ꝗ̃ *iuſtitiæ,iuriſq; dicẽdi munere fungi.*Vnde Iuſtitiã *ipſam*

Vnde iuſtitia Dei filia.

Iouis *dici filiã interpretatur* Diadochus Proclus,*quòd nomothetes ac iuris author uelut princeps & moderator ſit uniuerſorũ. quẽadmodũ &* Scæuolæ *iuriſcõſulti domus ueſtibulum, ciuitatis oraculum uocatum eſt, ad quem tãquã ad* Tripodẽ Apollinis *omnes confluerẽt:nimirũ hoc iuris ars præſtat,hoc iuſtitia meretur,ut quẽadmodũ cæteras hominũ artes quaſi ſub ſignis & præſidijs ſuis teneat,ac cuſtodiat: ita totius applauſu populi ſummã laudis & gloriæ palmã præcerpat.& quidem,ut* Theognis *ait,*

Iuſtitia in ſe uirtutes complectitur omnes.

Ius oppoſitorum magiſter.

Q*uin &* καλλιτεχνίαν *iuris quandam eſſe numeris omnibus perfectiſſimam* Cheronenſis *ille philoſophus comprobauit:oppoſitorũ enim cognitionẽ ad ſe præcipue pertenere cenſet: quod cum artes rationales cõtineãt,ut* Muſice *diaphona diſquirit,&* Medicina *tam ſalubriũ quàm inſalubrium aphoriſmos colligit, quo cognitis,uitatiſq; contrarijs,congrua ſibi melius eligant:tũ præ cæteris maxime ius æqui, iniquiq; notionem uendicat: licitum nempe ab illicito tanquã æquilibrio diſparat: iuſtos præmijs &*

L.1.de iuſt.iu.

honoribus,iniuſtos & damnis afficit ac ſupplicijs:atq; adeò mortales bonos & honeſtos non ſolum metu pœnarum,uerum exhortatione quoque præmiorum ſatagit efficere:afflictos & oppreſſos extollit ac liberat:arrogantes & potentiores deprimit & illaqueat: incautos ſubſidio iuuat: callidiores notat & implicat. Q*uapropter legem* Chryſippus δικαίων καὶ ἀδίκων,*ideſt iuſtorũ & iniuſtorum canonem appellauit:* Proclus *uero* Diadochus,

Iuſtitia omniũ perfectio.

Alcinoúſq; *nobiles* Platonici,*iuſtitiam omnium rerum perfectricem,cunctorum compotem bonorum, cotemq; uirtutum aſſeruerunt. Cæterum cum uirtutem* διδακτικήν, *id eſt docibilem & cõprehenſibilem*

prehenſibilem

prehenſibilem eſſe nobiliſſimus Socratis diſcipulus Antiſthenes *aduerſus* Amethodicos *quoſdam obtinuerit, ſtudijq́; diligentia affectus naturæ domari compertum ſit,quis dubitet iuris ac iuſtitiæ artem expeditam & cognobilem eſſe? quum iuſtitia nulla uirtus ſit illuſtrior?maxime uero cum artē ipſam* ἀπὸ τῆς ἀρετῆς,*id eſt ab ipſa uirtute dictā, deriuatāq́; multi iudicarint.*Ex *quibus ſit manifeſtiſſimum iuris artem,non modo cæterarum omniū artium maximam & digniſſimam,ſed etiam uel rationaliū & exquiſitiorum perfectiſſimam & conſummatiſſimam eſſe.*Verū *tot gentium,nationumq́;* πολυτροπία, *an nō imperfectiorem quæris, ipſam artem efficiat?nihil ſane minus,ut enim nō ubique par eſt rerum menſura uel pretium: ac ne quidem uis ipſa: nam &* Ma*crobijs æs pluris quàm aurum ſit:&* Indis *piper eſt pulegio uilius: &* Aegyptijs *uinum fert natura frigidum, quæ tamē uniuerſa quadam ratione ſubſiſtunt: ita iuris ars, quamuis in uarias legum oras religionéſque delata ſit ,eadem perpetuo naturæ iudicio conſiſtit:ſed tanquam plumbi apud* Ariſtotelem *norma undique parabilis, & accommoda rationis ductu flectitur.* Idcirco *enim aurum & piper illis regionibus uiliora ſunt ære ac pulegio:quoniam tanta illic æris & pulegij ſit raritas, quanta nobis auri aromatūq́; paupertas:contraq́; ijs omnis ſit iſtorū ſuperfluitas,quibus nos maxime indigeamus ob terræ montiumq́; naturam ac ſterilitatē.*Ita *uinum* Aegypto *frigidū,quod* Aegy*pti aër ſemper calore exæſtuās,frigus in terrarū ima demergat, quod uitiū radicibus inhærens, talē ſucco qualitatē indat.* Q*ua ratione & uarij gentium mores peræquis iuris perpetui,uniuerſæq́; rationis obſeruationibus ac perpendiculis diiudicantur.* At *fortuita legū,inquis,interpola num iuris* ἀπχρίαν *edūt? minime uero.legum enim ſunt diſtinguenda genera,ut apud* Liuium *ait* L.Valerius.Q*uædā non in tempus aliquod,ſed utilitatis per-*

Artes & uirtutum magiſtræ.

Vinum Aegypti frigidum.

Leges perpetuæ.

petuæ cauſa in æternum æditæ ſunt, quarum ut abrogari nulla debet, ita ſtabilis ſit ars neceſſum eſt. Quædã quas aliqua tẽ- Leges temporaneæ. *pora deſyderent, quas* Prothei *modo ipſis quoq; occaſionibus uariabiles* S. Cæcilius *iuriſconſultus nõ inficiatur. quin earum medellas pro temporum moribus ac utilitate, rerúmque publicarum generibus, uitiorúmque quibus medẽdum eſt, feruoribus, mutari confitetur. ut quæ pace latæ ſunt, plerunque bellum abrogat: quæ bello, pax. nec ſuffragio ſolum, ſed & morum deprauatione fiunt irritæ, ut* Comicus *conqueritur.*

– Mores.

Leges perduxerunt iam in poteſtatẽ ſuam, magis qui ſunt
Obnoxij, quàm parentes liberis: eæ miſeræ etiam
Ad parietem ſunt fixæ clauis ferreis, ubi malos mores
Affigi nimio fuerat æquius.

Artis amica fortuna. *Sed quæ lex cumq; figatur, aut refigatur, qualis ſit cumq;, rationem habeat cum artis regulis coniunctam neceſſum eſt. cum ut* Agatho *dicebat, artis amica fortuna ſit. etenim perpetui iuris coniectu ac comprehẽſione, immutabiliumq; legũ ueſtigijs, quædam paratur* ἰσονομία, *quæ peræquis regulis & obſeruatiun-* l. 2. §. ſed quia diuinæ. C. de uete. iu. enu. *culis (ut ait* Iuſtinianus*) emergentes, euariantéſq; leges collimet, ac in certos locos, certáque genera cludat, digitóque uelut fontiũ itinera demonſtret. intra quæ uenire debeas & inueſtigare, quod de iure ſcire cupias.*

Quid ſit ius perpetuum ſeu incommutabile, & quæ genera. Cap. III.

CIVIS.

CEDO, *quod ius perpetuum, quas leges immutabiles* Valerius *ac* Iuſtinianus *exiſtimẽt, quorũ uterq; ceu ille* Virgilianus *Impoſuit, fixit leges pretio, atque refixit?* AVLICVS.

P *erpetuum*

Perpetuum uerò ius ac impermutabile ſenſerunt illi, quod Ariſtoteles Graiiq; reliqui dicunt ἀκίνητον, non quod tabellis, aut motum ſuaſione, quaſiq; pactione quadam hominum ſtatuatur: uerũ quod à perenni naturæ æquitate, ineluibilibusq; genuinæ rationis elementis, quæ Græcis ςοιχεῖα *nominãtur, apud omnes peræque gentes ac nationes dijudicetur atque probetur. Ius enim natura, non poſitione conſtare ſapientum omnium fuit ſententia: ut ſummus philoſophus Chryſippus* περὶ καλλῦ *perhibuit. Quoniam diuinum genus eſt hominibus, teſte Pythagora, quibus ſacra quæq; parens natura patefaciat: conſequens eſt igitur ut uim iuſti, rectáſque leges cæleſtis illa natura imbuat. Ideóque legem naturalem Zeno qui inter philoſophos* κορυφαῖος *eſt appellatus, diuinam eſſe uim aſſeuerauit, eámq; uim obtinere recta imperantem prohibentémq; contraria. Quemadmodum & antiquiſſimus ille uates Orpheus materiæ & formæ principijs rerum tertium quoq; iunxit principium,* οὐράνιον νόμον σφραγῖδα δικαίαν, *ideſt cæleſtem legem ſigillum iuſtum. quod ſi lex illa cæleſtis naturæ confirmatiua ſigillum iuſtum ſit, & ipſum ius naturæ firmamento ſancitum fuiſſe dicendum eſt. naturam autem intelligamus antiquiſſimam illam, perfectam, illibatam, & nihil undique requirẽtem. ob cuius ſanitatem, integritatemq; Periander unus ex ſeptẽ Greciæ ſapientibus dicere ſolitus eſt, Legibus antiquis utẽdum: obſonijs uero recentibus: nempe legibus ac moribus ueteris illius probæ ac ſynceræ naturæ uiuendum. eſt enim illa uera uitæ magiſtra. Itaq; ius ipſum naturam ipſam eſſe Tullianus Cato copioſiſſime comprobauit: argumentúmque Iulio Paulo qui iuriſconſultorum* κορυφαῖος *inſtar Zenonis cognominatus eſt, præbuit ius diffiniendi id quod ſemper æquum & bonum ſit, quale ius naturale: hinc igitur ius naturale perpetuum & incommutabile eſſe omnis doctorum & ſapientum academia profeſſa eſt. nam popu*

Ius immutabile.

Hominis origo diuina.

Antiquæ leges ſaniores.

L. ius pluribus ff. de inſt.

lorum placita plerumq́; tumultuaria, principiumq́; decreta quis non paucorum annorũ deſuetudine tolli,deleríque cognoſcit? Eſt *uero ſtultiſſimum,ait* Tullius,*credere omnia quæ ſunt in populorum legibus eſſe iuſta.nam ſi calculis ac columnis ciuitatum,ſi præconum tubis iura conſtituerentur,ius eſſet proculdubio legibus* Heliogabali *adulterare.*Ius *præmij condicendi lege* Cornelia *patricidis,ſeruíſque dominorum trucidatoribus.*Ius Derbici*bus ſeptuagenarios inſontes iugulare, illorumq́; carnibus ueſci, nec niſi intra ſeptuageſimum annum mortuos ſepelire iuſtum: anus uero ſtrangulatas tantum ſepelire,non item obſonare legitimum.Siquidem leges illæ ac non feces potius, peſteſq́; nominandæ ſunt.*Atqui *uera, perpetua, & incommutabilis lex eſt recta ratio naturali iuri congruens,cui neque prorogari, neque derogari fas eſt.quemadmodum* Lactantius,Hieronymus, *Auguſtinus, reliquíque theologi cenſuerunt, ab ipſo nempe edocti apoſtolo* Paulo,*qui naturalẽ* χρῆσιν δικαίωμα θεῦ *nũcupat.quia nihil iure naturali præcipitur, quàm quod* Deus *fieri uult:nihilq́; prohibetur,quàm quod* Deus *inhibeat.* Idcirco *neceſſitudo, quæ* Deo *nobiſcum intercedit, labefactatur, quum naturæ ius læditur, quod ille tam certa ſupremi numinis prouidentia ſanxit, ueluti teſtatur* Auſonius,

Derbices parẽtes decrepitos obſonabant.

Rom.1.

> Lex *naturali quam condidit imperio ius,*
> Ius *gentium pietate hominum,ius certa* Dei *mens.*

Cum *igitur certum & in uniuerſam rationis diſquiſitionem perpetuum,cunctiſq́; gẽtibus æquale ius ſit,quod naturæ uis ac ratio,ipſumq́; diuinum numen humanis mentibus indidit:ius plane natura,non poſitione conſtare ſit conſentaneum. quod ſi natura nihil certius,nihil deſcriptius,nihil ſit artificioſius,quis eſt adeò non ab eruditione modo,ſed à ſenſu remotus hominis,qui iuris artem neget?* CIVIS. *ſit ſane ut uis,*Aulice,Sed *quænam*

Omnia quæ in rerum natura ſint certa.

hæc eſt

hæc eſt ψυχρολογία tua? AVLICVS. *Meam uero ne dixeris, eſt enim quãtum curiales aiunt, hominis omnium iuriſconſultorũ eloquentiſſimi, eloquẽtiumq; iuriſconſultiſſimi* Q. Mutij Scæuo-*læ, quem primum ferunt in certa genera ius uniuerſum redegiſſe, ſummatimq; paucos in locos diſtribuiſſe.* Cuius *διαίρεσιν diſcipulus illius* Cicero *libris de inuẽtione (in eos enim ſtudiorum ſuorum ſcholas redegiſſe traditur à* Fabio) *ita poſteritati mãdauit.* I*us naturale eſt, quod non opinio genuit, ſed innata quædam uis inſeruit, ut religionem, pietatem, gratiam, uindicationem, obſeruantiam & ueritatem.* H*æc uero pauca, certa, omnibusq; innata ſunt iuris genera, ad artis rationem appoſitiſſima, maximeq; neceſſaria. neque enim ulla ars aliter tradi, aut diffinite explicari poteſt, niſi ſubiecta diſciplinæ materies certis ac nunquam fallẽtibus generibus diſtributa, breuiter cognoſcenda proponatur. quid uero certius ac minus fallax tam elegantibus uirtutũ titulis, quibus genera iuris ſunt prænotata? ita nimirũ leges monuit* Plato *ad uirtutẽ, ceu ſcopũ tendere atque ſpectare debere. quid autem ſeſquipartita comprehẽſione breuius? his itaque partitis, membratímque diſtributis ac declaratis, perfectam iuris artem collectũiri ſolitus eſt dicere* Q. Mutius. *ita ut ſi locus quiſq; notus ſit, haud difficile ſit, qui dono ingenij moueri poſſit, quæcũq; lex, conſultatióue acciderit, eius tenere ius, cum ſcias à quo ſit genere repetendum.* Q*uorum quantum quodq; ualeat, quantúmq; ſit, quoniam quæſtio tua deſiderat, pauliſper παρατίτλοις iurecõſultorum more conſyderemus.*

Scæuola primus iuris artem edidit. l. 2. §. poſt hos. de orig.

Sex genera iuris.

Scopus legũ.

παράτιτλα AD RELIGIONEM. *Cap.* IIII.

RELIGIONEM *præpoſuit uetus* Academia: *quoniam, ut ait* Ariſtoteles, *ea princeps eſt iuſtitia, quæ ad* Deũ *pertinet. unde* Virgilius,

Diſcite Iuſtitiam moniti, & non temnere diuos.

Glo.l.1.de ſũma trini.C. *Eſt autem religio, ius ſuperioris naturæ, quod Dei curã, cerimoniamq; nobis adfert: à relegendo dicta, ut Q. Lucilius, Sex. q; Pompeius uoluerunt, tanquam à delectu rerum diuinarum faciendarum & permittendarũ habendo. unde religioſi quondámque religẽtes, teſte P. Nigidio, dicti, qui quæ ad diuinum cultum pertineant, diligenter retractent, & tanquam relegant. Quum autem à Tullio de arte iuris, Q. Tubero, Ser. q; Sulpitius iuriſconſultis ſcientia iuris atq; doctrina ſuperfuiſſe, ob partiẽdi, diffiniendiq; ſolertiam commendentur: quòd nõ ſolum ſcire aliquid*
Ars duplex. *artis ſit, ſed quædam ars etiam docendi: nos ita redactis, & ad certum numerum, paucitatemq; reuocatis iuris generibus, quædam generum quaſi membra patiamur, propriamq; cuiuſq; uim*
l.1.§.huius ſtudij.de iuſt. & iur. *diffiniamus. Ius religionis bipartitũ iuriſconſulti tradiderunt, quod in ſacris, & quod in ſacerdotibus conſiſtat. Sacrum eſt ut Trebatius, Cæciliusq; ſenſere, quodcunque modo inſtitutóq; ciuitatis ſiue ara, ſiue ſignum, ſiue ædes, ſiue locus, ſiue quicquid*
l.ſacrilegi.ad leg.Iul.pec. *Dei miniſterio ſit dedicatum. Sacrorum (ut eleganter Iul. Paulus, Labeóque diſtinguunt) alia publica, alia priuata ſunt. Publica ſacra dicuntur, quæ uniuerſo populo communia, ſumptúq; publico fiunt, ut ſacrificia, templa, feriæ, ludíque ſuperorum honori*
De ſum. trini. ut nem. de e. cont. *præbiti. Iam uero de ſacrificiorum iuribus; quoniam collegio tãtum põtificum arcana ſacrificiorũ Tribunitia Cn. Domitij lege ſunt concredita, ne protrita paſſim myſteria uileſcerẽt, ac ideo ſancitum ſit, de ſumma trinitate, ne quis publicitus audeat diſpu-*
De ſacroſan. ecleſ.l.1. *tare, nos ſuperſedeamus. Templa ſacráue loca dicũtur, quæ ad diuinum cultum publice dedicata ſunt: conuocata namq; concione, adhibitóque tibicine fuerunt à magiſtratu illum præeunte pontifice ſolennia dicendo (ut ait Varro) dedicãda: ídque tribu-*
l.Papyria. *nitia Q. Papyrij lege, qua ſancitum, ne quis iniuſſu populi ædem*

terramq;

terrámque conſecraret.quare cum Licinia ueſtalis ædiculam ſub ſacro dedicaſſet ſaxo, P. Scæuola pontifex reſpõdit, quod iniuſſu populi dicatum eſſet, nõ uideri ſacrum: quoniã priuata non ſufficiat authoritas, quod omnia (ut aiebat iuriſconſultus) hominum cauſa parata ſunt, ſacrata uero in hominum eſſe commercio deſinant. Qua de cauſa lex à Conſtantino in ſacrorum collegiorum gratiam eſt lata, ut illis à priuato donari dicariq́; liceat.

Feriæ, feſti ſunt dies, quarum tres ſunt ſpecies: Statiuæ, Conceptiuæ, & Imperatiuæ. Statiuæ ſiue ſolemnes, quæ ſtatuto die obſeruantur, ut Septenariæ Iudæorum, quas Solon Hetruſcique laudarunt. Quid autem ferijs agere liceat, M. Varro iure Pontificio teſtatur, ſordidatos riuos foſſasq́; ueteres licitum detergere, quãuis recentes fodere ſit illicitum. Conſultus autem Scæuola quid ijs agere ius eſſet: Reſpondit quod prætermiſſum noceret, ideo qui trabẽ tecti fractam à ruina uindicat, ferias non polluit. Conceptiuæ feriæ, quæ in dies uel incertos à ſacerdotibus uel magiſtratibus quotannis concipiuntur, ut Sementiuæ, Vindemiales ac Paſcales, quæ nunc in Calendas, nunc in Nonas uel Idus concipiantur. Sic Nouendiales feriæ concipiebantur, quoties grãdine lapidaretur. Edicto quoque Claudij Cæſaris Conceptiuæ fuerũt, quoties in urbe terræ motus extitiſſet, diráue uiſa eſſent: habebaturq́; obſecratio, quam Põtifex commonito pro roſtris populo, præiret. Imperatiuæ ſunt, quas princeps ſummúsue magiſtratus extra ordinem pro poteſtatis arbitrio indicit, ut ob res proſpere geſtas, uel principis honorem. Sicut C. Mario, & põſt C. Cæſari de Gallijs domitis, XV. dies feſti publice decreti: atque Pompeio cõfecta Mithridatis expeditione, X. dies. Proinde feriarum diuerſa iura ſunt, quia ſtatiuis & conceptiuis, quæ ſuperis dicantur, nihil à priuato profanari queat. Imperatiuis quæ hominibus indulgẽtur, renunciari poſſit: Porro Conceptiuæ

De ferijs.

l. ſi in aliquã. de off. procõ.

Nouẽdiales.

Edictum Claudij.

Extraordinariæ feriæ.

c. 1. de fer. extra. in antiq.

à ſtatiuis diſcrepant, quòd cum conceptiuæ denunciatione indigeant: alioquin facile quis operetur. minus obnoxium expiationi

De ſpectacu. & ſcenic. De inanima. Publicæ læt. uel conſ.

Scæuola Celſusq́; ſenſerunt, imprudens operetur. Ludi Sacri *ſunt* XII. Tabulis *publicis, ait* lex: Ludis *popularem moderāto lætitiam, cámque cum diuum honore iunguntoo.* Maximi Circ*ēces fuere, luctatione, curriculíſque celebres, ac* XXIIII. *coronarum præmijs. unde cautum tabulis,* Virtute *qui coronā parit, ipſe pecuniáue eius, ea ipſi mortuo parentiue dum intus poſitus eſt, foríſue effectur, ſine fraude impoſita eſto.* Virg.

Hunc morem ſacrorum atque hæc certamina primus
Aſcanius longam muris cum cingeret Albam, Retulit.

De expenſ. ludor. & cæt.

Fuit & de horū apparatu Lex Luciana, *quæ modū celebritatis, formamq́; totius præſcripſit actionis. Scenici cantu, ſaltationéq́; ſunt uſitatiſſimi, ob peſtilētiā quōdā uotiui, comœdia cōdecorati, in qua ſub alienis perſonis noſtros corrigi mores ſentiamus. Quapropter eorū iura ad* Pontificalē *pertinuere notionē, ut ait* Orator. *nam quod tres* Pōtifices *de* Pōpæ, *præmiorúmque iuribus ac ceremonijs* Thenſarū, *quibus exuuiæ diuū ad ludos ducerētur iudicaſſent, id ſanctum auguſtumq́; habitū eſt.*

De reliq. & uene. ſanc.

PRIVATA

Quæ ſint priuata ſacra Paulo.

Sacra ſunt, quæ ſingulis hominibus, familijs, gētibus, ſunt attributa: Singulorū ſunt, Natalia, Vota, Denicales, *aliæq́; expiationes.* Religioſi *quippe naſcentium fuere* Luſtrici *dies, puellarum octauus, puerorum nonus, quibus ij luſtrarētur, nomináq́; imponerentur. tametſi* M. Aurelius *pòſt conſtituerit, ut intra triduū quiſque natos apud ærariū profiteretur, illis impoſito nomine.*

Sic de baptiſmo digeri poteſt, & ne ſanc. bap. iter.

Natalē *deinde quiſq́; feſtū annuo cōuiuio coluit, unde* Horatius:

Natales alióſue dierum
Feſtos albatus celebret.

De uoto. oblata. de pollici.

Vota quoque Iuriſconſultis *ſunt ſacra, qui & fulgur* Poſtulariū *appellarunt, quòd ſpretam uotorum religionē repoſcat. ideò fulgu-*

ratores

gatores fuere ſacerdotes, qui ſacris adhibitis ad expianda procedebant loca, quæ fulmine tacta eſſent: extátq; lex, Qui reus uoti eſt, accedito ad ſacra. Qui damnatus eſt, ſacra rite perſoluito.

Denicales *ſunt funerales nouem dierum feriæ. Septem namq; dies cadauer domi deploratum, octauo efferebatur, nono tumulãdum: quot diebus, propinquos, familiares, horúmue fideiuſſores in ius uocare illicitum. Si quis mari ſubmergeretur,* C. Cotta *ferias tridui tantum habendas, Scæuola nullas exiſtimauit. Sicut fulmine cæſis nullas conſtituit* Numa, *ac* Neratius *ſuſpẽdioſos, perduellesq; non lugendos cenſuit.* Puerum *non lugeri trimo minorem, nec natu grandiorem plures menſes quàm uixerit annos, ad decem uſque* Numa *conſtituit, decimeſtrem luctum quã longiſsimum præſcribẽs.* Aboleri *quoque luctum ius fuit, cum liberi naſcebantur, puella deſponſaretur, aut pater, frater, maritus, filiúsue captus ab hoſtibus rediret. Sumptũ autem funerũ minuere* XII. T*abulæ:* M*urrhina, inquiũt, mortuo ne inditor, id eſt dulcis, opiparáq; compotatio: ſic enim* Lælius, Scæuola, Capitóq; Plauti *authoritate interpretantur.* Sacra *familiarum denique ſunt: ſi quas proprias feſtiuitates familia quæq; uſu domeſticæ celebritatis obſeruat, ut* Seruilia Trienti *quotannis magnificentiſsima auro, argentóque confecit, ex quo diminutionem, aut honorem familiæ prætenderẽt. ac* Potitia *gens domeſtici quiddam ſacrificij decumare* Herculi *uolentibus præſtitit:* Cuiuſmodi *ſacra perpetua leges eſſe uoluerunt: ne quid de religione diminuatur.* Itaque *ſacris familiæ obligari bona quinque modis Scæuola interpretatur: teſtamento, hæreditate, uſucapione, credito & pigneratione: qui enim ita plurimum ex hæreditate poſsideat, familiaribus ſacris perinde ac defunctus obſtrictus fuit.*

De religioſ. & ſump. fun.

l. liberorũ. de his qui no. inf.

l. 1. C. de ſecũ. nupt.

De mort. inferend.

Sic de Iud. & cælicol.

De pagan. & ſacrif. eo.

ALTERAM *iuris religioſi partem in ſacerdotibus, ſacriſque perſonis conſtituunt. Sacerdotum uero principes ſunt* Põ

De epiſco. & ilec.

tifices, qui (authore Liuio) religionũ interpretes ſunt, cæleſtéſq; cerimonias edoceant. Sunt autem ita appellati, à poſſe & facere (ut ait Scæuola) quod cum præter legem Domitiam populus ſacerdotia mandare non poſſet, hi ſoli ſacerdotum faciendorum in locum demortuorum, ueſtaliúmque ſortito capiendarum poteſtatem haberent. hinc apud M. Lucanum:

De epiſcop. audien.

Pontifices ſacri quibus eſt permiſſa poteſtas.

Sacerdotum quoque tanta dignatio fuit, ut acceſſus ad eos pro aſylo, ſecuritatíſque perfugio ſupplicibus eſſet, ut Cheronenſis ait. Edictóque Prætoris Sacerdotes, Veſtales, iuſiurandum præſtare non cogerentur: quòd eos quorum precibus, manibúſq; quotidie ſacra peragerentur, nefas ducerent ad profanorum deiuria redigere. Ideo uerò flaminibus equo uehi nõ licuit, ne ſi longius digrederentur, ac minus reſiderent, ſacrorum cultus eſſet neglectior. Ob id cùm L. Valerio Flacco, P. Craſſo Cõſulibus bellum gerendum eſſet, Licinius pontifex Flacco Conſuli flamini Martiali mulctam dixit, ſi à ſacris diſceſsiſſet: quam mulctã Populus Ro. remiſit: flaminen tamen quamuis Conſulem Pontifici parere iuſsit. Idcirco autem à Pontificibus ſacerdotes ſolum in demortuorum locum ſufficiebantur, quòd diffinitus eſſe iure numerus: Põtifices octo, Flamines quindecim, Veſtales fuere ſex, quas nefas capi fuit decennio maiores, & quæ non patrimæ, matrimæ'ue eſſent: Lege Papia, quæq; non corpore ſenſúque diminuto forẽt: quibus ut aſsidue templis eſſent, de publico ſtipendium fuit ſtatutum. Quamobrem ut Q. Labeo in XII. Tabularum commentarijs ſcripſit, earum bona poſt mortem in publicum redigebantur: ideo neque cuiquã inteſtato hæredes eſſe potuerunt.

De his qui ad eccleſ. conf.

De cleric. non reſiden.

Vt determinatus numerus deſit.

De ætã. & quali. præfic.

De cleric. ægrot. uel debil.

Sacræ perſonæ præterea fuerunt, ut Feſtus, Macrobiúſque teſtantur, homines quos Populus Ro. ob maleficiũ damnaſſet: quorum animas Dijs eſſe debitas crediderunt. Hodie Sacræ cenſentur

tur

tur perſonæ, orphanorum, leproſorum, cæterorúmque, qui ſancta quadam & religioſa præter alios commiſeratione ſunt commendati. Religionẽ enim puram & minime ſimulatam diuus Iacobus eſſe prædicauit, orphanos ac uiduas in miſerijs uiſitare: atq; ut Homerus *ait*, πρὸς γὰρ διός εἰσι ξεῖνοί τε, πτωχοί τε *.i. proximi* Deo *ſunt pauperes & peregrini: de quorum quidem iuribus atq; priuilegijs, non indiligens iuris authorum cura fuit diſponere. Sed cum totius cognitionis huius ſpeciatim proſequẽdæ uerboſior ſit locus, artíſque tãtum ſit* γενικώτατα *(ut aiunt* Græci*) capita deſignare, paratitliſq; quaſi ſummis digitis perluſtrare, ad alterum genus iuris deſcendamus.*

De orphanotroph. xenod. & ptochot.

Iacob. 1.

παράτιτ. D PIETATEM. Cap. V.

PROXIMA *religioni pietas eſt: dicitur autẽ pietas ius, quo erga patriam ac parentes, alióſque genere coniunctos officium, cultúſque ſeruatur ac tribuitur. eadẽ enim lege, ut ait* Tullius, *natura nos* Deo, *parentibus ac patriæ conciliat. nam eodem tempore in lucem ſuſcipimur, & hoc cæleſti ſpiritu augemur, & certam in ſedem ciuitatis & libertatis adſcribimur.* Vnde *Poeta pereleganter,*

οὐδὲν γλύκιον ἧς πατρίδος οὐδὲ τοκήων γίγνεται.

Dulcius eſt patria nihil atque parentibus uſquam.

Porro ius hoc bipartitum habetur: Publicum, *& quod neceſſitudinis appellatum eſt.* Publicum *eſt, quod ad ſtatum* Reip. *ſpectat, quod in magiſtratibus & rerum ad ciuitatem pertinentiũ adminiſtratione cõſiſtit.* Magiſtratus *ſunt, inquit* Ariſtoteles, *ad quos attinet de quibuſdam deliberare, iudicare & iubere.* Officium *uero magiſtratuum eſt, bene de* Rep. *mereri, opera & diligentia conſequi* Senatus *uoluntatem, ut author ad* Herennium *definit.* Senatus *officium eſt, conſilio, uirtute & ſtudio ciuitatem iu-*

l. 1. §. 1. de iuſt.

De dignita.

De Senato.
De offic. conſ.
præt. &c.

uare, & memoria uirtutem eorum proſequi, qui de Repub. bene ſunt meriti, ad quē ceu ad ciuitatis ὄργανον *pertinuit, teſte* Tullio, *prouincias decernere imperatores, legatóſque mittere iure* De re milita. *feciali, quod quidem belli fœderíſque rationes contineret. bella enim non niſi pia, ut ait* Varro *de uita* Populi Romani, *& nulla licentia ſuſcipiebant, priúſque fœciales quatuor mittebant deteſtatū, ni rapta tribus & triginta diebus reſtituerētur, ius ſuum* De legation. *perſecuturos. Si qui eſſent legati, uiolarentur, qui id perpetraſſent: ciuitati cuius erat legatio, dedebantur. ita* Carthaginienſibus L. Manlius, *Myrtillúſque dediti ſunt, aliję; alijs, quòd ſuos legatos* Romæ *pulſaſſent. Sunt enim ſancti ſemper habiti legati, à ſagminibus etiam indito nomine: quòd quemadmodum lactacem herbā legati* Perſarum *pro teſſera publica, ita* Romani *gramina ſagminis pro iure ſecuritatis ferrent, unde* Næuius, l. Sanctum. de rerum diuiſi.

Ius ſacratum Iouis *iurandum ſagmine.*

Ius autem rerum ad ciuitatem pertinentium trifariam diuiſum eſt à Pœdiano, *in canonem, oblationē, & indictionem.* κάνον *ordi*- De adminiſtr. re. ad ciui. p. De operib. pub. *narios* Reip. *reditus ſignificat, qui ut ait* Ariſtoteles, *ex proprijs in ipſaę; regione natis procedunt, ut ex prædijs, poſſeſsionibus, paſcuíſque; patrimonialibus. unde* κανόνικα *dicitur illatio, certa regularis præſtatio, & ut ait* Orator *de lege* Agraria, *tanquā ſub ſigno clauſtríſque; poſita poſſeſsio. Ita canonici prouentus, qui bello pacéque maneant, intermiſiſque; indictionū aut oblationū emo*- De paſcuis public. *lumentis non obſoleſcant.* Itaque Plinius *ætate ſua in tabulis cēſorijs omnia paſcua fuiſſe dicta memorat, ex quibus populus reditus haberet: quia diu hoc ſolum uectigal fuerit. Quæ autem eius ſint generis, lege* Cenſoria, *ut in actionibus* Verrinis *eſt, plus licitanti & in conſpectu populi uenire ac redimi debent, eóque tempore quo quāplurimo uenire poſsint, ne deterior* Rei- De lucrati. deſcript. *pub. conditio fiat.* Oblationes *porro, iura lucratiua dicuntur,*

quòd

quòd Reipub.*tanquam munera legibus obueniant,ceu* Q*uinta,*
quæ Corn.Tacito *uectigalis genus dicitur:& metallorum* De- Quand.& quib.quar. pars.
cuma,uenaliúmque Centeſima, Manlianis *legibus: & rerũ pe-*
regrinarum Portorium *lege* Iulia.*& ſiqua ſunt triuialia,ut lege* De publica. & uectigalib.
Byzãtia, *funambulorum,pharmacopolarum,eorúmque qui mi-*
randa factitent, tertia pars publico penſitabatur. Cuius *inſtar*
Heliogabalus *aurificum, bractleariorum, pellionum,uitrariorũ,* l.1.de excuſat. artifi.
ſimiliúmque uectigal inſtituit,ad publicorum operum inſtaura-
tionem,quod Theodoſius *abrogauit.Sic,quæ iudicio mulctãtur,*
oblationis nomine ueniũt,ut Tribunitia L.Genutij *lege,quadru*
plũm fœneratorum ad publicas inſtaurationes deputatũ. Quæ- De offi.queſt.
ſtoria uero lege P.Valerij,*pecuniam publicam in priuatã infer-*
ri domum fuit interdictum,ad peculatum auertendum:ideo Sa- De iure feſc.
turni templum ærarium eſt conſtitutum, quo quæſtores coactas
*reconderent pecunias,orphanis ac uiduis remiſſo tributo.*Itaque
M.Cato Q*uæſtor factus,non prius magiſtratum inire uoluit,*
q̃ leges omnes quæſtorias recognouiſſet,qua quidẽ uia innumeras Ad leg.Iul. repetun.
ſcribarũ fraudes coarguit:rationes enim ciuitatũ falſo decretaq́;
pretio ac precibus admittebãt,ingentem expillantes pecuniam.

Indictio *proinde tributum eſt quod exigitur ac confertur edi-*
cto:eſtq́; triplex,ut Feſtus *ait,cenſu,capitatione, & quod teme-* De cenſib. & cenſitor.
rarium tributum appellatum extitit:id eſt quòd nec uiritim, nec
ex cenſu fieret , ut poſt Romam *à* Gallis *captam collectum fer-*
tur,ut nulla cenſus ratio quindecim annis haberetur. Sed quiſ-
quis nummos haberet,daret. quum tamen æquiſsimum ſit,ut ait
Liuius*;eos qui oneri ferundo ſint,ſtipendia péndere.*Atqui Ser- De collatio. fund.fiſca.
uij Regis *inſtituto tributum pro modo cenſus conferri ius fuit:*
omnes namq; patrimonij,dignitatis,artiúmque diſcrimina in pu De colla.fun. patri.& empbi.
blicum tabularium quoquo luſtro referre ſanxit: Cenſũ *quinq;*
claſsibus ita digeſto,ut qui plura poſsiderẽt, peræquatione plus

oneris quoque ſufferrēt. Infima uero claſsis undecim æris milium fuit: quem cenſum qui non explerent, immunes erant. haud enim uiſi ſunt cōtribuere debere (ait Halycarnaſſeus) qui quotidianis ad uictum egerent. unde capitatio collecta, ſcilicet quæ in ſingula indiſcriminatim capita fieret, eſt improbata legum authoribus.

De capita. ſublat.

SECVNDVM *pietatis membrum eſt, ius neceßitudinis, quod (ut* Domitius, Martianúsq; *ſenſere) uinculū eſt officij, religioſæq; coniunctionis, quod inter conſanguineos uel affines intercedit: à quo neceſſarij dicuntur teſte* Cæcilio. *quibus præter cæteros neceſſaria debentur officia, & erga quos non ſit ceſſandum.* Horum *autem officiorum neceßitudinúmque gradus,* Maſurio Sabino, *cæterisq; diſtribuuntur, ut iuxta parentes proximum locum pupilli teneant:* Secundum *hos* Patroni, *tum cognati atque affines. Prima igitur neceßitudo eſt in coniugio, quo (ut* Plato, Iuſtinianúsque *teſtantur) quaſi quodam artificio mortales immortalitatē conſequātur.* Ideo Q. Metellus *Numidicus* Cenſor *legem tulit, ut omnes uxorem ducere cogerētur: quam ex integro* Octauius *Auguſtus grauiſſimis cœlibatui pœnis præſtitutis ſanxit. cuius legis origo à* Retbris *Lacedæmoniorum tranſlata uidetur: illis enim pœna fuit, ut à publicis arceretur ſpectaculis, qui cœlebs* XXXVII *annum exceßiſſet: qui autem cœlebs ſenuiſſet, ut nudus per forum media hyeme circumageretur: Omnium autem grauiſſima pœna, malis maritis addita.* Solon *uero & in parentes conſtituit pœnas, ut filij quidem parentes alere cogerentur, aut uincirentur: at illegitimi filij, aut qui nullā artem illorum in curia didiciſſent, non tenerētur alere.* Et *ſi autē* Octauiæ Legis *pœnis infirmandis elaboratum ſit, hæc tamē reliqua eſt, ut ſi ſpurijs hæreditas relinquatur, ijs tanquam indignis auferatur, neceſſarijs & genere proximis deferenda.* Eſt & *pietatis officium dotare filias, ut* Iulianus *ait, ne caſſæ dotibus puellæ,*

gl. l. 1. & l. officio. de neg. geſt. l. fi. de iuſt.

De nupt. De ritu nup. &c.

de liber. agno. De alen. parē. De natural. lib. l. matre. De infir. pœn. cœlib.

puellæ, ſint illocabiles. Proxima *tutelæ neceſſitudo eſt.* Tu- De tutel.
tela uero uis dicitur atque poteſtas in capite libero, ad tuẽdum
eum qui ſe per ætatem tueri nequit. agnati autem qui ſucceſſio-
nem ſperant, tutores eſſe debent: ideo dolus in tutela, X I I Ta- De adminiſt.
bulis ignominia uindicatus eſt. ſicut & lege à Q. Lætorio *lata,* & pericu. tu.
curator adoleſcentem circunſcribens, infamatorio tenetur iudi-
cio. eademq́; lege (ut Capitolinus *perhibet) ſancitum excitandæ* De his qui ue
induſtriæ cauſa, ne curatores puberibus darentur, niſi cauſis red ni. æta. im.
ditis, uelut dementiæ, aut laſciuiæ. Sed *quia ſimplicior ætas mul*
torum inſidijs ſit obuia, M. Antoninus *conſtituit, ut curatores*
nulla quæſita cauſa petere poſſint. ueruntamen Lætoria *lege mi*
nores X X V *annis ſtipulari uetiti ſunt, ideſt promittendo obli-* De minor. XXV. an.
gari, ne regendo patrimonio frugem ſuam forte faciant deterio-
rem: uſque adcò, ut ait Scæuola, *ut ne fideiuſſor quidem datus*
obligetur, ſi quid ſine tutore, curatorẽue promiſerit. Sed *ne gra-*
uius illi ætati creetur incommodum, nemine cum eis contrahẽte, l. quod ſi mi-
interdicto prope commercio, uix in integrum reſtituuntur, abla- nor. de mino.
toriæ legis rationẽ ad excitandã iuuenũ induſtriã, niſi manife-
ſta ſit circũſcriptio (ut aiebat Scæuola) *& iuuenili quadã leuita-*
te dimiſerint, uel repudiarint hæreditatẽ, bonorũue poſſeßionẽ.

Conſequens *eſt naturæ gradu conſanguinitatis, affinitatiſq́;* De gradib. aff. & cõſãg
neceßitudo. quoniam naturæ lege quam ἀγχιστείαν Græci *dicunt,*
hæreditates, tutelæ, ſucceſſiones, bonorúmue poſſeſſiones, ad pro- De acqui. hæ-
ximum quemq́; deferuntur. Eademq́; *lege ſenioribus propinquis* redi.
conceſſum authoritate propria, iuniores leuiuſculis & minus ca De hæred. inſt.
pitalibus uitijs imbutos coërcere, à Lacedæmonijs *recepto iure,* De bon. poſſ.
apud quos ſi præſens iuniorem peccantem non reprehendiſſet,
perinde ac ſi is deliquiſſet, plectebatur: & quiſquis puerorũ in- De emendat.
ſtitutionem neglexiſſet, iurium ciuitatis expers erat. Quin *non* propinq.
illaudata lex eſt, ut agnati, affineſq́; dißidentes amicali arbitrio

inter ſe compromittere teneantur. Ideo *ſolenne conuiuium fuit inſtitutum,ut* Valerius Maximus *ait,quod Chariſtia dixerūt, cui præter cognatos nemo interponebatur,ut ſi qua inter neceſſarios querela eſſet,adhibitis arbitris apud ſacra menſæ tolleretur.* Iurgare *enim inter ſe propinquos, non litigare* lex *putauit, ut in politicis ait* Cicero.*à cuiuſmodi arbitrio legibus* Atheniē-
L.lege Iulia. ff. de teſtib. *ſium prouocare non licuit: & lege* Iulia *iudiciorum cōtra cognatos affinéſque teſtimonium dicere non cogimur. Sic legibus* Licinia *&* Ebutia,*qui de curatione aut poteſtate ad populum tulit, ei,eiúſue cognato,aut affini,ea poteſtas curatióue ne mandetur,*
De iur. patro. *cautū eſt.* NECESSITVDO *quoq; patronatus eſt ius, quo patroni,cliētes,libertiq; naturali æquitate deuincti ſunt,ab* Athenienſium θήτων *inſtituto deriuatum,cuius iure quæcunque parentes pro filijs in foro, uel domeſticis rationibus expediēdis, patroni pro clientibus abſentibus uel præſentibus gererent.qua de re* M.Cato *poſt patrem, patronum proximum habere nomen*
Si quid ī frau. patron. l.2.C.de in ius uoc. *dicebat.*Legibus *uero* XII *tabularum,patronus ſi cliēti fraudem fecerit,ſacer,id eſt execrandus,fuit.quemadmodum autem nec in filium aut patrem,ita nec in patronum uel clientem ferre teſtimonium, aut actionem intentare licuit, quouſque à prætoribus indultū fuit,ſi modo prius uenia peteretur.* Liberto *quoq;*
De ſucceſſ. liberto. *inteſtato,nullo ſuo hærede relicto patronus ſuccedebat*. Q*uin tantum huius neceſſitudinis ius ac uinculum fuit,ut ad filiarum dotem patronis contribuere clientelæ opus haberent, & candidatos in campū ſectari ſuffragariq; teneretur.* Vnde lex Fabia, *quæ de ſumptibus ac numero ſectatorum fuit,ab hoc hominū genere repudiata eſt,& Senatuſcōſulto, quod* L.Cæſare Cōſule *factum eſt de crimine ambitus,quod illis pœnam ſanciebat, con-*
De obſeq. patro. præſt. *ſtantiſſimè reſtitit: quòd pœnam neceſſitudinis ac pietatis officium non mereatur.Enimuero infinita neceſſitudinis eſt æſtimatio:*

tio: adeò uti Maſurius *Sabinus libro tertio iuris ciuilis ſcripſit,* l. non eſt ſingu lis. de reg. iu.
ut Romano *iure ſanctius ſit ius patronatus, quàm cognationis: cum aduerſus cognatos pro cliente feratur teſtimonium, aduerſus clientem nemo teſtificetur. Sed hæc de pietatis inſtitutis ſatis ſint ei, qui ſyntomico tantum compēdio artis, uelut prima lineamenta nectenda præmonſtret. hoc enim* τεχνικὸν, *id eſt artificiale,* l. rerū mixtura. de uſucap.
Pomponius *iuriſconſultus uocat, quòd ita cohærētibus ac conſectaneis rebus inter ſe conſertum ſit: eamq; rhetores perfectam aſſerūt compoſitionem, quæ conſtet ordine, iunctura & numero.* Perfectio compoſitionis.
unde digeſta quoque iuris libros à concinna digerie, diſpoſitionéque nuncuparunt. CIVIS. *Solicite tu quidem artis tuæ genera, eorumq́; membra nobis inſinuas: uerum hoc unum tibi quidem ſummopere fidem abrogat, quod & multa iuris retuliſti conſtituta, & à noſtris moribus & legibus ſeiuncta, & multa quæ* Mutio *Scæuolæ authori tuo longe poſteriora uideantur.* AVLICVS. *Tu uero meminiſſe debes exemplis nō reſtringi regulas artis. etſi autem diuerſa à ueteribus aut noſtris inſtitutis ſacrorum, religionum, neceſſitudinum, aliarúmue rerū iura ſint propoſita, nihilominus tamē ſub eaſdem artis diuiſiones, finitionesq́; redigi quoq; iuris ac legum forma poſſit. Qua de re* Ars quid eſt
monebat Ariſtoteles, *artē habitum eſſe circa ea quæ ſe aliter habere poſſint, uera cum ratione factiuum.* CIVIS. *Agedum, ut uidetur, ad reliqua.* AVLICVS.

παράτιτλα AD GRATIAM. *Cap.* VI.

TERTIVM *iuris genus ſchola* Mutiana *Gratiam facit. Eſt autem Gratia, iuſtitiæ pars, qua amicitiarum obſeruātia & officiorum memoria, remunerandique continetur obligatio. quæ ut ſe ius domo à neceſſitudinibus propinquorum effert, in conuentum totius humanæ ſocietatis, officijs atque contractibus ef-*

funditur. Ideo media in urbe Gratiarum tẽplum Ariſtoteles *collocandum cenſuit: ſicut ab* Etheocle Rege *primum apud* Orchomenios *dedicato tẽplo ſacratæ, ac in propyleis* Athenarum *ferũtur propoſitæ, dextris ita complexæ, mutuóque ſe reſpicientes, ut neceßitudo quædam par pari referendi, contrahendæque ciuilis obligationis deſignaretur. nullius. n. opes tantæ eſſe poſſunt, aut unquã fuerunt, quæ ſine multorum officijs ſtare poſſint: quæ certe ſublata gratia extare nullæ poſſunt.* Ius *igitur gratiæ officiorum ac contractum obligatione continetur, quæ quidem trifariã à* Iulio Paulo, Sex. q; Pompeio *diuiditur. nam aut re contrahuntur obligationes, aut uerbis, aut conſenſu.* Re *contrahitur obligatio, cum rei cuiuſdam utilitas cuipiam in medium affertur, ut mutui datione, commodato, depoſito, permutatione, pigneratione, ſimilibusq; rerum parandarum modis.* Mutuidatio *eſt, cum ab amico affectu (ut* Marcellus *ait) damus, recepturi non ipſam ſpeciem, ſed idem genus, idq; gratanter. nam ſi cum uſura, fœneratio dicitur: tanquam ad fœtum detur: quam differentiam* Plautus *oſtendit:*

l. de actio. & obligat.

De reb. cred.

S i mutuo non potero, certum eſt ſumam fœnore.

l. 2. §. appellata.

Ideóque appellata fuit mutui datio, quod mutuo, id eſt uiciſſim par exigat officium naturali ad antidora obligatione, uel quia de meo tuum ſit faciendum, nec ante naſcatur obligatio, quã res motoria tradita ſit. Commodatum *quoq; gratuitum officium eſt, cum res utenda communicatur: differtq; à mutuatione, quòd cõmodata res ipſa reddenda uenit, & in rebus tam motorijs quàm immobilibus conſiſtat. quapropter* Tullius *ad* Titium: Peto, *inquit, ut de loco quo deportet frumentum, & de tempore commodes. quẽadmodum autem gratitudinis eſt magis quàm neceßitatis commodare, ita modum finémque præſcribere beneficentiæ illius eſt, qui beneficium tribuit, ut* Iulius Paulus *ait. Cum autem*

De commoda.

l. in cõmodato. §. ſicut.

iam

iam commodarit, uſum rei mutare uelle, importunáque palinodia finem reſtringere, non officium tantum impedit, ſed & ſuſcepta iam obligatio ut appareat quod principio nudæ uoluntatis & beneficentiæ fuerit, in mutuas conuerti gratificationes. adiuuari quippe, non deludi nos benẽficijs oportet. Depoſitum æque gratuitam continet obligationem: itaque maximam æquitatem deſyderat: nam ſi depoſita res deterior reddatur, agi de dolo poteſt: ueluti ſi quod ſeruandum datũ eſt, eo quis uſus eſt, ſiue quod utendum cæperit, ad aliam rem quam accepiſſet, ſit uſus, furti ſe obligauit: ut Q. Scæuola libro iuris ciuilis XVI tradidit. tametſi deſidiæ depoſitarius non teneatur ſuæ: namq; quis imputet facilitati, qui amico negligenti commendet? Cum autem piaculare ſcelus habeatur depoſitum inficiari, incidit tamen inſpectio, cum depoſitum aut commodatũ denegare ſit æquum, ut furibundo gladium quem ſana mente depoſuerit, uel ſi harpalus ſpolia mihi abſtulerit, depoſuerítque apud te inſcium de malicia. nam ſi contrahentes tantum intueamur, recipiet harpalus qui depoſuit: ſin rei totius æquitatẽ, quæ ex omnibus impletur perſonis, quæ in negotio contingunt, mea mihi opponenti reddes. eſt. n. hæc iuſtitia quæ ſuum cuiq; tribuit. Permutatio quoq; quædam eſt gratificatio, quoniam ex una parte traditione facta, ni pars altera tradere uelit, ius eſt res noſtras nobis reddi. eſt enim hoc gratiſſimum & humaniſſimum unumquemq; communicationis ſuæ cõpenſationem accipere. Itaque cuncta quõdam commercia permutando, contrahebantur, ut eſt apud Homerum. *&* Lycurgus *ſuis inſtituit legibus, res non numis, ſed mercium compenſatione parari: quod* Herodotus *apud* Columnas Herculis, *&* Mela *apud Sarmatas ſuis temporibus obſeruatum ſcripſerunt.* Item *pignerando re peragitur obligatio. nam quod creditor oppignerando accepit, ære alieno diſſoluto, reſtituere tenetur. unde pignorica*

De depoſito

§. preterea. quib. mod. re contra. ob.

l. bona fides depoſi.

De rer. perm

l. 1. contrah. empt.

De pignor. & hypoth.

De uſucapio. pio ueteribus eſt dicta, ſicut & uſucapio, acquiſitio quæ longo rei uſu fiat. SECVNDO, Gratiæ ius obligationem uerborum continet. Eſt autem uerborum obligatio, iuris uinculum, uerborum interpoſitorum gratia conceptum: dicitúrque ſtipulatio à ſtipe, ut ait Varro: ſic enim pecuniam olim uocabant, quam qui obligat, ſtipulari dicebatur. unde & ſtipendia, quòd pēderētur pecuniæ, eorumq; penſatores libripendes etiam in nexu & contractu ad obligationis energiam adhiberi ſoliti. Itaque nexū Q. Mutius ſcribit contractum eſſe eorum quæ per æs & libram gerantur, ut obligentur. hinc Horatius ait: Id proprium, quod

De uerb. obli. quis libra mercatur & ære. Stipulatio uero interrogatione & reſponſione ſubſequente conficitur, cum quis daturum factúrúmue ſe id, de quo interrogatus eſt, reſpondit. etenim fides inde nomen ſortita eſt, quòd fiat quod dictū eſt. Stipulationū igitur alia pura eſt, alia in diē, alia ſub cōditione. Pura, ut dabin' mihi equum?

l. ab omnibus de lega. 1. l. labeo de cōd. iſt. dabo. quæ quidem ſtatim expoſci poteſt, niſi forte ſit ἀδύνατος, ut iuriſconſulti uocant, id eſt impoſſibilis. ut ſi quis hyppocentaurū promiſerit, qui eſſe non poßit. quāuis Claudius Cæſar in Theſſalia natum hyppocētaurum ſcribat, eodem interiiſſe die, & allatum Romam melle condîtum plerique teſtentur. In diem ſtipulamur, cum dies ſolutioni adiecta eſt, cuiuſmodi ſponſio nō prius debetur quàm dies uenerit. ut ſi quis diebus nundinarū dari ſti-

l. eum qui certarum de uer. obl. puletur, quandiu nundinarum tempus durat, expectandū ſchola ſenſit. Sub conditione fit ſtipulatio, cum in caſum denunciatur obligatio, ut ſi Pompeius uicerit, corollam tibi dabo. hoc enim niſi acciderit, haud committetur promißio. Non ſolum autem uerbis

De fideiuſſor. quis obligatur ſuo, ſed etiam alieno, ut qui pro amico forſan fideiubet. Cuiuſmodi obligationes Tullius, Alphenus, Plinius, Domitius, ueterésque iuriſperiti reſtipulationes, repromißionesq;, ceu ſecundarias ſponſiones appellarunt. Sed ut plures fideiuſſo-

rum

rum ſpecies fuerunt, ut prædes, uades, & uindices, ita & reſtipulationum formæ diuerſæ. P*rædes (ut* P*ædianus finit) fideiuſſores ſunt, qui pro re de qua lis eſt, aut publico cauendum eſt, ſe obligant, interrogatíque à magiſtratu, prædes eſſe reſpondent.* Vindices, *de quibus* XII. Tabulæ, A*ſiduo uindex aſſiduus eſto. ſunt qui quo minus prehenſus teneatur, ſatiſdant.* Vades *communiter dicuntur, qui uel in re priuata ſponſores dati ſunt, uel in re capitali.* Hinc *reſtipulationum aliæ uocatæ* Conuentionales, *aliæ* Prætoriæ, *aliæ* Cautionales. Conuentionales *ſunt, quæ ex conuentione partium extra iuſſum iudicis concipiuntur: cum quis rebus cæptis parum idoneus, alterum locupletiorem dat, qui uadetur, ideſt negotiũ in ſe recipiat.* Prætoriæ, *quæ à mero* P*rætoris officio iudicíſue iuriſditione proficiſcuntur, ut reſtipulatio quæ à ius dicente imperatur, de noui operis nunciatione & iudicio ſiſti, atque de damno infecto.* Cautionales *uero dicuntur reſtipulationes, quæ inſtar actionis habent, ut & nouatio ueluti quædam fiat. interponuntur ut rem pupilli ſaluam fore à tutore uel debitore pupilli: & ſi quæ res ſunt ſimiles.*

De diuiſion. Reſtipulat.

Si ex noxal. ca. ag. quẽadmo. ca.

Qui ſatiſd. cog. uel imato prom.

De præt. ſtip.

Rem pup. ſal. ut legator. ſeruca. cauea.

OBLIGATIO *deniq; gratitudóq; conſenſu concipitur, pactitijs, contractibus: ut fiducijs, ſocietatibus, mandatis, negotiorum geſtione, donationibus, emptionibus, uenditionibus, conductionibus, locationibus, ſimilibusque conſenſionis modis. nudo namq; conſenſu, contractus huius generis citra uerborum atteſtationes, traditionísue uigeſcũt. Sola nẽpe fide cõſiſtunt, ac per nunciũ uel epiſtolã confici poſſunt.* Idcirco *in his arbitrijs quibus ex bona fide adderetur, ſummã uim ineſſe diſſerebat* Q. *Scæuola, ut alter alteri obligetur de eo quod ex æquo & bono præſtari oporteat. unde uetus fiduciæ formula inter bonos bene agier, & ſine fraudatione. ad quã elegãtiſſime uiſus eſt alludere* P. *Ouidius:*

M *ore boni ſolito ſpem non corrumpere fraude.*

De pact. De tranſa.

parag. in bonæ fidei. de act.

De ſocietate. *Quapropter tria priuata iudicia, tutelæ, fiduciæ, & ſocietatis, ſummæ exiſtimationis & penè capitalia fuiſſe teſtatur* Orator *pro* Roſcio: *quòd æque perfidioſum & nefarium ſit fidem frangere, quæ uitam cōtineat: ſocium'q́; fallere, qui ſe in negotio coniunxit: atque pupillum fraudare, qui tutelæ noſtræ creditus ſit.* Itaque & *furti agi poſſe cum ſocio eſt inſtitutum, ſi dolorē communem cælarit.* Idémque *in negotiorum geſtione, mandato, cæteríſque bonæ fidei iudicijs: ipſo enim* Tullio *authore*, Si qui *rem mandatam non modo malitioſius geſsiſsent, ſin quæſtus aut commodi cauſa, uerumetiam negligētius eum maiores ſummum admiſiſſe dedecus exiſtimabant: qua de re mādati iudicium non minus turpe quàm furti fuit, quia quibus in rebus ipſi intereſſe nō poſſumus, in his operæ noſtræ uicaria fides amicorum ſupponitur: quam qui lædit, oppugnat omnium commune præſidium: & quātum in ipſo eſt, diſtribuat uitæ ſocietatem.* Idcirco *enim amicitiæ comparantur, ut commune commodum mutuis officijs gubernetur, ſolo quoque gratitudinis conſenſu obſtringūtur donationes, quoniam nihil tam propriū eſt hominum, quàm non modo beneficio, ut eſt apud* Papinianum, *affici, ſed etiam beneuolentiæ ſignificatione alligari. unde donatio ob ingratitudinē reuocatur, inſtar* Athenienſis *inſtituti, quo fuit in ingratos actio inſtituta, ut* Valerius *tradit.* Perſarum *uero cum graues omnes & acerbæ pœnæ, tum ἀχαριςίας acerbiſsima fuit. nam ob unius ingratitudinem omni propinquitati fuit pereūdum, ut* Marcellinus *ait.* Eadem *gratia uenditor obligatur ad redhibitionis pœnam, ſi quæ uitia cælauerit. ut enim ſe ſcelere obſtringit, qui ſciat uſpiam aſpidem latere, & uelle imprudentem ſuper eam aſſidere, cuius mors illi ſit emolumento futura ni moneat ne aſsideat.* Ita *dicebat* Carneades, *iniquus in uēdendo ſis, ſi uitiū ſcieris, & non declararis. hoc enim eſt, emptorē pati ruere, & per errorē alteriū inducere.*

&, ut

Margin notes:

De negotijs geſt.

De mandato.

De procurat. l. 1.

De donation.

De reuocan. do. l. ſi.

De emption. & uend.

De ædil. ed. et redhibitoria.

& ,ut aiebat Antipater,*errant uiã non mõſtrare. quod Athenis execrationibus publicis eſt uindicatũ: uſq; adeò in hominũ cõuẽtiõibus & cõmercijs bona fides exuberare debet.Peræqua quoq; gratia tenetur conductor.* Itaque Maſurius Sabinus *in libro de furtis,condemnatũ ſcribit furti colonũ,qui fundo quẽ conduxerat uendito, poſſeſſione eius dominũ interuertiſſet.* Cuius ſen- *tentiæ perquã plures iuriſcõſultos fuiſſe* Iulius, Domitiusq; *teſtantur:quam &* Iuſtinianus ex Maſurio *recenſens conſtituit,ut ſi colonus uel inquilinus ſeu alius per quẽ ius eſt poßidere,poſſeßionem noſtram dereliquerit,aliúue prodiderit, nihil* Domino *præiudicet,ſed & damnũ reſarcire teneatur. in his enim cõtractibus in quibus ad nos peruenit utilitas, non ſolũ præſtare dolum tenemur,ſed & culpã.Sicut in his in quibus fides eſt habita diligentiã,ita uero conuentiones omnes atq; contractus hominũ, officiorumq; collationes ac utilitatum communicationes commetitur,atque dirigit.gratia arctißimum (ut ait* Ariſtoteles) *uitæ atque concordiæ uinculum. Sed ad reliqua progrediamur.*

De loca.& conduc.

l. ex libris Sabini. C.de acq.poſſ.

l.contractus. de reg.iur.

παράτιτλα AD VINDICATIONEM. *Cap.* VII.

FINITIMAM *uindicationem habet officij referendi ius: quod enim in beneficio gratia, uindicatio nominatur in iniuria, ut ait* Liuius.*quod & illo ſuo aphothegmate* M. Cato maior *ſignificauit,qui malle ſe dicebat pro beneficio gratiã nõ accipere, q̃ pro iniuria pœnã non luere.his enim duobus, ars uitæ cõtineri dicitur:quæ quidẽ eſt acquirere neceſſaria,& quod datũ eſt,tueri:quæ etiã πρῶτα κατὰ φύσιν appellata ſunt.Vindicatio igitur ius eſt quo uis & iniuria,& quod nocumẽto eſt,expellitur atq; punitur.Iudiciaria ſane cautio reuerẽdißima.qua de re tres* Athenis Eumenides *ſanctiſſimo cultu fuerunt:* Areopagiticæ*, curiæ præſides,in qua ſcelera iudicarẽtur, ceu uindices & expultrices*

Naturæ principia.

facinorũ: quas ideo filias diuæ Themidis Heſiodus in Theogonia dicebat, ceu uenerãda expiandarũ iniuriarũ numina ſignificans.

l. aliud. de uerbor. ſign. §. 1. inſt. de iniur.

Cum itaq; cuiuſuis iniuriæ pœna ſit uindicatio, conſiderandũ eſt iniuriam tripliciter dici, ut ait Iuſtinianus. Vnam quæ culpa ſeu ἔγκλημα *Græce uocetur, alterã quæ cõtumelia uel* ὕβρις, *tertiam quæ cõtra iura publica fiat, quæ* ἀνομία *ideo, id eſt nequitia nuncupetur.*

De pœnis. De mo. mulctarum.

Idẽtidem pœnarum tres produntur ſpecies, ut Caluiſius philoſophus Platonicus deſcribit, una quæ νουθεσία, *id eſt admonitio uocetur, cũ pœna nõnulla emendãdi gratia dãni adhibetur, ut qui deliquit euadat correctior. Altera quæ* τιμωρία, *id eſt animaduerſio dicitur, cum dignitas eius in quẽ contumelia illata ſit, tuenda uenit, ne pœna prætermiſſa contẽptum offenſi pariat, aut honorẽ eleuet.*

De priuatis delict.

Tertia punitionis ſpecies παράδειγμα, *id eſt exẽplum, cũ in grauioribus ac publicis criminibus manifeſta ad populi documentũ pœna eſt neceſſaria, ut cæteri pœnæ cognitæ metu, à ſimilibus delictis deterreantur, quæ prohiberi publicitus intereſt. unde* παραδειγμάτιζαι *Græcis uſurpatũ, pro ſpectaculo proponere, & quod Latini traducere dixerunt.*

L. licitatio. §. quod illicite de publica.

ἔγκλημα *culpa ſiue fraus dicitur iudicio ſubiecta, ut dãni dati, pauperiei factæ, bonorũ raptorũ furti, ſimilimiũq;. Incolumen enim eſſe ciuiũ, coniunctionem leges uolũt: nam illius incõmodo ſuum augere incõdum, magis eſt contra naturam, ait quidã, quàm mors, quàm dolor, quàm paupertas. corrũpi enim neceſſe eſt eam, quæ maxime eſt ſecũdum naturam humani generis ſocietatẽ. hinc illud eſt iuriſconſultorum dicterium: iure naturæ æquum eſſe neminem cum alterius detrimento fieri locupletiorem.*

l. iure naturæ. de reg. iur.

Ex quo uiguit illa XII tabularum lex: Qui alienas ſegetes excantaſſit, quiue terminum exaraſſit, ipſus & boues ſacri ſunto. Qui alienas arbores iniuria ceciderit, in ſingulas æris ſiclos XXV luito. Si rupitas, ſarcito. id eſt ut Ser. Sulpitius interpretatur, ſi damnum dederis,

De noxal. act. Arbor. fur. ceſar.

ris,culpam exoluito ac præſtato. Ob noxam quoque à quadrupe de factam,iiſdem ſanctum tabulis, ut animal quod noxam cõmiſit,in noxam detur,aut noxæ æſtimatio.Quod ſi canis morſu nocuiſſet,ſanxit Solon in noxam dedi trunco pedum quatuor alligatum,elegãnti uidelicet commento ſecuritatis ,ut intelligamus canes in urbe ligandos.Quare Iu. Paulus,*Si quis aliquem,ait, euitans ut magiſtratum, patronum, aut ſeniorem, aliúmue cui cauſa ſit de uia cedendi, ſe in proximũ hoſtium immiſerit, ibiq; à cane læſus ſit, ſane in dominum canis agi poteſt, ſi canis ſolutus fuiſſet.Quanquam in agro ſoluendi uideantur,ut* L.Vol*catium nobilem iuriſconſultum,qui* Q. Mutium *&* Caſſellium *ius ciuile docuit, à Sturcone è ſuburbano redeuntem, cum aduesperauiſſet , canis à graſſatore defendiſſe commendatur.*

Ad leg. aquil. Si quadrup. pau.fec.di. l.2.ſi quadr. pauper.fec. Volcatiũ pro Voluſio reſtitue.l.2.§.fuit eodẽ.de orig. iur. ex Plinio.

Furtum autem ita uindicatum eſt duodecim tabulis: Furi ſi manifeſto prehenſus erit, pœna quadruplum eſto. Furti concepti, item oblati, pœna triplum eſto. Si aderit furto,quod nec manifeſtum erit,duplum luito. Si nox furtum factum ſit, ſi in aliquis occiſit, iure cæſus eſto, ſi clamore ſit anteſtatus, luciue ſi ſe telo defendat.Furta quæ per lancem liciúmq; concepta erũt, ut manifeſta uindicato. cõcepta autem per lancem & licium dicuntur,cum præſentibus teſtibus in domum alienã quis rem furtiuam liciatus inquireret,aut comperiret: quemadmodũ enim qui magiſtratibus præminiſtrabant,licio cincti erant, ita & is qui furtum conquireret,intrabat cum licio lancem præ oculis tenẽs, propter uirginũ ac matrumfamilias præſentiam,ut Sext. Pom*peius author eſt:uel ut alij putarunt, ad publicam authoritatem prætendendam.Sunt & improbiores fures rapinatores olim dicti,qui res alienas ui diripere auſint. in quos merito duplex eſt conſtituta pœna furti manifeſti, atque ui bonorum raptorum: ipſi direpto optione data utrauis experiatur.*

De furtis. l.4.ad leg. Aquil. Paragr.cõceptum de obligatio. quæ ex deli. De ui bon. rapt.

SECVNDO *contumelia ponitur:ſitq; re aut uerbis. Verbis, cum quis alteri ſit conuitiatus, aut carmen, hiſtoriámue in alterius iniuriam condiderit. quod ne fieri liceat* XII *tabulæ lege ſanxerunt. Qui malum carmen in quoiusquam iniuriam incantaſſit, damnas eſto. quin & lege* Cornelia *de iniurijs, ne in quẽquam declamare liceat, pœna uetitum eſt. habet ſiquidẽ aculeum quendam contumelia, quem pati uel prudentes difficile poſſunt: ſolentq; multi eſſe grauiores. qua de re* P. *Scæuola cũ qui* L. *Accium poëtam in ſcæna nominatim læſerat, capite condẽnauit.* Præclera *uero illa* Clementis *lex, Qui mutum, cæcum, mancum, aut ſurdum, eúmue cui uitioſus inceſſus ſit, ſubſannarit, improbus, infeſtabilisq; eſto.* Re *contumelia fit, cum facto infertur iniuria. ut ſi quis alterum uerberauit, domumúe ui introierit, aut quid aliud aduerſus dignitatem fiat: ut ille* Chorinthius *fecit, cũ in* Romanos *prætereũtes ſtercus infudit. quo circa* XII *Tabulæ, ſed ex tẽporis inopia ſanxerũt: Qui iniuriam alteri faxit,* XXV *aſſes æris legitime condemnatus eſto. Si membrum rupit uis, ni cum eo pacit, talio eſto. hoc autem maxime ius æquabile maioribus uiſum eſt, quod aiunt Græci* μετρεῖν τὴν ἰσὼ, *ideſt eadem menſura retaliari, qua dimetiare. quod* Pythagorei *primum induxiſſe feruntur, ita monentes:*

argu. l. item apud Labeonem de iniu.

De his qui deiecerint uel effu.

Quod quis in aliſta. ipſe eod. ut.

> *Si quæ quis faciat, eadem patiatur & ipſe,*
> *Ius rectum fuerit, pariter uindictáque iuſta.*

quòd & ſenſit Horatius, *cum ait.* — Adſit

> Regula *peccatis, quæ pœnas irroget æquas.*

§. pœna autẽ de iniur.

Veruntamen *cum eodem pacto rumpendum mẽbrum eſſet* Talionis *lege, quo alteri ruptum eſſet: ut oculus pro oculo, pes pro pede rumpantur, & ita retaliandi perquã difficilis eſſet executio: immutata plerumq; à* Prætoribus *eſt ea pœnæ ratio, in æſtimationem arbitrariam.* Sed *cum quæritur, quæ fuerit ea difficultas,*

tas, arbitror cum S. *Cæcilio cauſam fuiſſe, quòd quæ fortuito uel per imprudentiam facta ſint, uix ita retaliari poßint: uel potius (quoniam illæ non iudicantur iniuriæ, cũ caſu quid uel inconſulto committitur) quia iudex inæqualius ſit retaliaturus, ſi ferrũ intempeſtiuius incuſſerit.* C*erta ſiquidem* A*ſtronomorũ* lex: M*ẽbrum ferro ne percutito, cũ luna ſignũ tenuerit, quod illi mẽbro dominetur. ſunt.n. hæc corpora ſuperiorũ corporũ dominio ſubiecta. unde periculum ne pro mẽbro uita tollatur, quãdo illorũ momẽtis, lunæq; per ſydera progreßibus ſingulæ corporis partes diuerſos humectationis ſtatus habeãt, uelut* M. M*anilius explicuit:* l. abſentem. §. fi. de pœn.

S*igna hæc præcipuas in toto corpore uires*
E *xercent.* A*ries caput eſt ante omnia princeps,*
E *t in Geminis æquali brachia ſorte*
A*rbitrium eſt.* P*iſcesq; pedum ſibi iura repoſcunt &c.*

POSTREMA *uindicationis eſt ſpecies, quam* παραδειγματικὴν, *ideſt exemplarem diximus, quæ ex publicis iudicijs oriatur. Sunt autem publica iudicia, quæ ex ſingulis iudicijs publicis oriantur: dictáq; publica, quòd cuiq; ex populo exequẽdæ conceſſa ſint. accuſatores.n. multos expedit eſſe, ut metu pœnarũ contineatur audacia. nam utilius eſt innocentem accuſatum abſolui, ut ait* T*ullius, quàm innocentem cauſam nõ dicere. unde lege* P*apia delatoribus præmia ſunt conſtituta quartæ mulctarũ. at ne temere cuiuſquã nomen in reorum numerum deferrent,* V*eſpaſianus calumnioſos delatores traditur flagellis in foro, ac per amphitheatrum traductos partim uenales in ſeruitutẽ redegiſſe, partim in inſulam deportaſſe.* C*riminũ igitur publicorũ quædã ſunt capitalia, quædã nõ capitalia.* C*apitalia dicuntur, quæ ultimo damnant ſupplicio, ideſt morte aut exilio, aut aquæ & ignis interdictione, aliáue pœna per quam è ciuitate caput eximatur, ut Sacricommiſſorum crimen eſt* X I I T*abulis uindicatum.* S*a-*

De public. iudic. De popular. action. De delator. De interdict. relegat.

crum,ſacróuecõmiſſum qui clepſerit,rapſerit,parricida eſto. atq; Perduellionis. Qui perduelles concitarit perduellíue opem tulerit, capite punitor. & lex Iulia peculatus, quæ à C. Cæſare primum Conſule lata eſt,ut qui pecuniam publicam clepiſſet,capitali uindicetur animaduerſione.ipſáq; læſæ maieſtatis lex.Maieſtatem porro lædunt,qui ea tollunt quibus ciuitatis amplitudo conſtet.atque lex Plotia de ui publica.illáque de Parricidijs, Qui ſciens hominem morti duit,parricida eſto.léxq; Annoniana ſeu alimẽtaria,quæ de annona ſanciret, cuiuſmodi Terẽtia fuit, qua publice frumentum æſtimabatur. & Acilia repetundarum, qua ſancitum ut in repetundarum iudicio ſeueriſſimorum iudicũ uſus haberetur:& Cornelia de falſis,quæ ideo nummaria nuncupata eſt. & patricidij: Qui parentem necaſſit, is obuolutus culeo deuehatur in profluentem:& Peducea de inceſtu. Publicũ quoq; iudicium lege conſtitutum narrat Tullius in Philippicis, in eos qui in foro,locóue publico alea ludant.quo Q.Curtius ac Licinius Lenticula exilio damnati ſunt.Cætera porro non capitalia dicuntur crimina,quæ aut in corpus aliqua pœna coercentur,aut infamia cum damno pecuniario:quorum cum formæ ſint innumeræ,ut cũ Marone dicam,non omnes ſcelerum comprehendere formas,Omnia pœnarum percurrere nomina poſſim. Quin ſepius euenit ut eadem ſcelera quibuſdam in locis grauius pleſtantur,ut in Africa meſſium incẽſores, ob regionis ſiccitatem, quod latius incendij ſit periculum:In Myſia uitium exuſtores,ob uinearum raritatem,quæ alioquin Cereris horreum dicatur.Sed & multoties exacerbantur ſupplicia pro feruoribus,ut S.Cæcilius dicebat.maleficiorum quoties iniuriæ multis graſſantibus cognobili quodam exemplo ſit opus,ita pro temporum rerúmq; diuerſitate uariatur iuris ars.nam ut apud Thucydidẽ aiunt Choryntij,neceſſum eſt ſemper,ut in omni arte contingit,recentiſſima

Marginal notes: ad leg.Iul.pe. — Ad leg. Iul. ma. — Ad le. Iu.de anno. — Ad leg.Iul.repe.&c. — De aleæ luſ. & aleator. — De extraord. crimini. — L.aut facta pa rag.ſi.de pe.

ma quæque pollere, atque optimũ cum pacatæ res erunt, τὰ ἀκίνητα νόμιμα, *id eſt, immotas eſſe leges. uerũ quum multiplici alicunde procella urgentur, uario quidem opus eſt artificio. hic autẽ eſt nauarchi laus. hic ingeniũ authoris iuris eniteſcit ad uarios rerum atq; opportunitatũ flatus ſeipſum ad artis clauũ ueláque dirigenda conuertere.* CIVIS. *Quam tu caute ſubtilitérque iuris quæ uocas* στοιχεῖα, *quibusuis talis ac teſſeris agitatiora firmare ac ſtabilire conaris? uerum qua cœpiſti methedo, per reuerendam* Themidem *proſequere.*

παράτιτλα. AD OBSERVANTIAM. *Cap.* VIII.

LAVDATAM *iuris* καλλιτεχνίαν *ſat oſtendimus ob eximiam cõtrariorum cognitionem, quoniam iuſtos iniuſtósq; pœna præmioq́; diſparet, quibus duobus generibus oẽm cõtineri* Rẽp. *Solon aſſeuerauit. Cũ uero de pœnarijs legibus uiſum ſit, de altero cõſequẽter genere cõſyderemus, quo præmijs digni afficiãtur. Eſt autem obſeruantia, ius quo ætate, ſapientia, aliáue dignitate antecedentes cultu quodam & honore dignantur. Aetatis iura ſunt, quoniam, ut* Calliſtratus *ait, ſemper in ciuitate* Rom. *maiores ætate uenerationi ſunt habiti, eũdemq́; pœne ſenibus honorem quem magiſtratibus tribuerunt.* Nam *ut* Iuuenalis *ait,* **De iure imm.l. ſemper. Vt dignita. ord. ſeruet.**

> C*redebant hoc grande nefas, & morte piandum,*
> S *i iuuenis uetulo non aſſurrexerat: & ſi*
> B *arbato cuicunque puer, licet ipſe uideret*
> P *lura domi farra, & maiores glandis aceruos,*
> T *am uenerabile erat præcedere quatuor annis.*

V*t in annalibus quidẽ ſcriptum inuenio, adeò cumulatum ac circunſpectum honorẽ ſenectuti iuuẽtus exhibuit, ut natu maiores tãquã cõmunes patres eſſent.* Idcirco *iuuenes ad cœnam inuitati diligentiſſime conquirebãt, quinã conuiuo interfuturi eſſent, ne* **De mun. & honoribus. De priuileg. ueteran.**

Q

Qui ætate ſe excuſ. ſenioris aduentum diſcubitu præcurrerent. Seniores proinde domum à iunioribus è cõuiuio aut è curia reducẽdi erãt. Et ſi poſtquã lege Metella, ſobolis ſuſceptio cõmendata fuit, quibuſdã in rebus mariti, patresq́; ſint antelati: ad replendam namq; liberis ciuitatẽ præmijs, legibusq́; ſalubriter excogitatis, conſultũ fuit, præſertim lege Iulia, cuius ſeptimo capite Collegæ Conſuli faſces priori ſumere ius fuit, qui plures haberet liberos, aut bello amiſiſſet: ſi par utrique liberorum numerus, qui maritus præfertur: ſi uterque maritus & liberis pares, qui maior natu, faſces prior ſumit, inſtaurato priſtino honore. Eademq; lege Iulius Cæſar lecticarum, purpuræ, ac margaritarũ uſum prohibuit fœminis, quæ nec uiros haberent, & minores eſſent XLV. annis. Itidẽq; inter Fœciales ſacerdotes maximus fuit Pater patratus, ideſt, qui patrem & filium haberet, eiusq́; modi homines etiam tantæ apud populum ac principes fidei & authoritatis extitere, ut illis Principes & Imperatores ceu diligẽtibus & pudicis, filios ſuos moribus informãdos committerent, ut qui timore patris & filij uerecũdia teneãtur in officio, illũ cõſulere, huic prouidere ſit opus. Quæ quidem à Lacedæmoniorũ rhetris uidẽtur elicita, quibus qui tres liberos haberet, militæ, àlijſq́; ĩmunitatibus donabatur: quod & Romæ ius triũ Liberorũ collaudatum fuit, addito ut ſi militare mallent, triplicem frumenti teſſeram acciperẽt. Quin & genitoribus id dignitatis tãtũ delatũ, nã ob filios adoptatos arrogatóſue nõ ĩdulgebatur, ut P. Scipio Cẽſor retulit. In priuatis quoq; negotijs ius parẽtis dictũ fuit. nã cũ liberos forte nõ ſuſciperẽt cõiuges, de eo ꝙ alter alteri relinq̃ret teſtamẽto, Lege Pappia fiſco fuit decima ſoluẽda. ideo q ꝓlẽ ſuſtuliſſet, ĩtegrũ legatum aliúdue relictũ iure parẽtis obtinebat. hinc Satyricus,

Sic de alb. ſcriben.

De honorat. uehiculis. de ueſtib. olob. Nulli licer. in fre. marg.

De priuileg. eo qui in ſacr. pal.

De uacat. & excuſa. mune.

De his qui nu. liber. excuſ.

De iure liber.

Iura parentis habes, propter me ſcriberis hæres:
Legatum omne capis.

Obſeruandæ

Obſeruandæ quoq; honorandæq; ſapientiæ iura prodita ſunt. nã cum honos alat artes, è Rep. eſt, eos propalam coli, quorum ingenij lumen quoddam præradiet. Itaq; *ut* Triſmegiſtus *ait, iuſtitiã colit, qui ſapientes honorat.* Præclare itaque Plato *doctrinarum ſtudioſis & profeſſoribus qui ciuitates adeunt muſas audituri, inſtitutáq; publica didiſcituri, cõmodiſſima iuxta tẽpla diuerſoria præbẽda eſſe cõſtituit, ipſorumq; curã ut ſacerdotes & æditui gererent, adeò ut ſi quis eos incommodo uel iniuria afficiat, ſacerdotalis, ſacroſanctáque ſit* Iuriſdictio. E*tenim ſemper nobile fuit leges iuráq; docere.* C. *Scipioni Naſicæ, ꝙ maxima præſtaret iuris ſapiẽtia, tradũt domũ in ſacra uia quo facilius cõſuli poſſet, publico decreto datam.* Cn. *uero* Flauium *hominis libertini filium, quòd de iuris actionibus ingenio ſagaci cõpoſuiſſet, & in publicum edidiſſet honoris & præmij ergò,* Senatorẽ, *& primæ tribus* Aedilem *Curulẽ ac* Ttribunumplebis *creatum accepimus, pluribus etiam nobiliſſimis competitoribus, quorum patres* Conſules *fuerant, præteritis atque repulſis: adeò uirtus præflorет atque præfulget, ut ueriſſimum ſit* Iuuenalis *illud:*

Nobilitas ſola eſt, animum quæ uirtutibus ornat.

Quin homini externo Hermodoro Epheſiorũ *exuli, ſed ut* Heraclytus *ait, uirtutibus excellenti, quòd leges quas è tranſmarina legiſlatione* Decemuiri *tranſcriberent, interpretaretur, ſtatua publice in* Comitio Romano *dicata fuit, ad perpetuum uirtutis teſtimonium, inuitamentúmque nouis hominibus ad laudem incumbendi.* Itidémque *cauſarum oratoribus & aduocatis tributa ſunt legibus honoraria, qui uiuæ uocis ac doctrinæ uiribus ſæpe publicis atq; priuatis in rebus lapſa erigunt, fatigatáque reparant. honoraria uero dicta ſunt id genus congiaria, quòd tãtus ſemper oratoriæ facultati redditus honor ſit, ut omnium hominum primo* Gorgiæ Leontino *oratori,* Empedoclis *diſci-*

Auth. habita. Ne filius pro

De profeſſor. & me.

L. 2. §. & quidem. de ori. iu.

Parag. poſtea de orig. iu.

Parag. exactis. eo.

De aduoc. diuer. iud.

pulo ſtatua non inaurata,ſed aurea & ſolida in tẽplo Delphico *ſtatueretur à* Græcia. Romæ *uero* Numerianus *princeps ſtatuã in bibliotheca publica ſtatui ſibi maluerit poni,*Numeriano Oratori,*quã* Cæſari.*Lege porro* Seruilia *ius ciuitatis propoſitũ fuit* præmiũ Oratori:*Si quis ex fœderato populo,publico iudicio* Senatorem Romanum *reum peregiſſet. Ciues autem ipſis legibus ea de re prætextam togam,ſentẽtiaq́; Prætoriæ ius,pro præmio conſequebantur:quemadmodum* T.Guttam,P. Popilium,*aliosq́; complureis conſtat aſſecutos.* Nec *uero contemnenda cæterarum doctrinarum præmia:quid enim* Reip.*commodius phyſico* Mileſio,*qui annonæ ſterilitatem longe præuiderit? quid medico memorabilius?cum peſtilẽtiam* Hyppocrates *diu præcognorit,diſcipulóſq; ad remedia circũquaq; præmiſerit?* Num Lacedæmonijs *terræmotũ philoſophus* Anaximander *prædixit,monẽs ut tecta, urbémq; relinquerent,& in agro excubarent?quod ut fecerunt, urbs tota ſtatim corruit.*Itaq; Medicis *à ueteribus* Imperatoribus *ducenta quinquaginta ſeſtertia, ut ait* Plinius, *annua mercede ſunt conſtituta: ſicut* Rhetoribus,*teſte* Suetonio, *annua centena.* Aliarũ *deniq; uirtutũ colendarũ honorandarumq́; iura prodita ſunt:ſemper enim fuit, ut ait* Theognis,ἀρετῆς & μέγα κλέος,*ideſt ſummũ uirtutis decus,potiſſimũ propter magna in* Remp. *merita:ſicuti ſtatuæ, triumphiq́;,honos exercituũ ducibus decerni ſolitus,ſi una acie quatuor hoſtium milia cecidiſſent integro ſuo exercitu,nouiq́; quippiam* Reip.*acquiſiuiſſent.neq; enim amiſſa recepiſſe legibus ſufficiebat.quũ uero publice cui ponebatur ſtatua,quinq; pedes in baſi quaqua uerſus habebat, ubi ludis publicis qui eã meruiſſet,liberiue eius,ac poſteri ſtarẽt. cũq; intra urbem ſepellire* XII.*Tabularum lege uetitum eſſet,eius tamẽ qui triumphaſſet,ſepulchrũ intra urbẽ condere licebat,ut* Lippareus *ſcriptum reliquit.* Idem *quoque monumenti decus* Tributum *cæteris,*

l.Lege Cornelia de ſenatuſ. ſyl.

De priuileg. ſchol.

De profeſ. qui in urbe.

De ſtat. & imagi.

Sic ut nem. pri.titul.uel uela reg.

cæteris,qui pro Repub.*fortiter feciſſent: ut ſi in legatione mortui eſſent, ut non ſolum ipſi, ſed & poſteri ſepelirentur in foro.* Domorum *præterea triumphalium hoſtia foras in uiam aperiri indultum,quo perſpectior fortium uirorum eſſet gloria.* Atqui *ſtatuas* Cẽſorio P. *Scipionis &* M. *Popilij decreto ſancitũ fuit, nullas eſſe ſinẽdas,præter eas, quæ bene de* Repub.*meritis ſententia publica conſtitutæ eſſent, cæteras omnes ſubuertendas ac demolliendas, quo illorum qui imperium ex minimo maximum reddidiſſent,exemplar quiſque, ut* Octauius Auguſtus *dicebat, & ſequentium ætatum principes à ciuibus exigerẽtur. Coronarum quoque præmia* XII *tabulis oblata ſunt,ut qui patriæ muros primus ſcandens audentem irrumpere hoſtem occiderit,corona donetur,quæ* Muralis *appellatur, cuiuſmodi & triumphalis erat:unde quod in eam rem aurum deputaretur, coronarium eſt cognominatum. quiq́; ciuem ſeruauerit,eodemq́; tẽpore hoſtem peremerit,locũq́; ſeruarit, ea donatur, quæ* Ciuica *nuncupatur: ut tamen ciuis ſeruatũ ſe fateatur,aliàs teſtes nihil proſunt,nec creſcit honor* Imperatore *ſeruato, quoniam in quocũque ciue legumlatores ſummum eſſe uoluerunt.hanc coronam adepto,ludos ineunti,aſſurgi etiam à* Senatu *moris fuit,ſedẽdiq́; ius in proximo ſenatui,uacatióque munerum publicorũ ipſi, patriq́; & auo paterno.*Q*ui uero ſe ſeruatum fateretur,idem conſeruatori ius debuit quod parẽti, de quibus uberius* Maſurius Sabinus *in libris iuris ciuilis diſſeruit.*Eſt *& ius annulorum aureorum inter legum ornamenta repoſtum.Siquidem,ut ait* L.Capito, *nõ plus geſtare quàm unum licuit,nec cuiquam niſi ingenuo,etiã ſi* Car*thaginienſibus ius fuerit illorum ornatum pro expeditionũ numero,in quibus militaſſent,accipere.Sed huic iuri tandẽ eſt forma principatu* Tyberij *conſtituta,cum* C.Sulpitius Galba *famã pœnis popinarũ aucuparetur.*Etenim,*ut* Tranquillus *memorat.*

De ædifi.pri.

De auro corona.

De uaca.publi.mun.

de iure annũ. aureo.

Octauius,deindeq́; Tyberius ſeueriſsimis edictis ergaſtulorum, cauponarumq́; perfidiam coërcuerāt, quòd exceptos ſupprimerent:interdictumq́; fuerat,ne quid cocti præter olera,leguminàque uenderetur in popinis,unde Galba conqueſtus eſt in Senatu, inſtitores eius culpæ annulis defendi,cum ſummum equitum ornamētum annulus eſſet aureus.hac de cauſa ſancitum eſt,ne cui ius annulorum aureorum eſſet,niſi ingenuo ipſi,patriq́;, auóque paterno CCCC *ſeſtertia cēſus fuiſſent, legéque* Iulia *ius ſedendi in quatuordecim ordinibus.* Illud *uero mirificentiſsimum* Athenienſium *fuit inſtitutum in colenda fouendaq́; uirtute, ut ut ſiquis oculis in bello priuatus fuiſſet, publice aleretur.* Qui *uero pro* Repub.*mortui eſſent,funere ſepulchróque magnificentiſsimo publice in* Ceramico *decorarētur, ac nominatim quotannis apud populum funebri laudatione commendarentur,eorúmque filij de publico alerentur,honeſtíſque diſciplinis inſtituerentur.*Ita *leges non ſolum uitiorum emendatrices,ſed & uirtutum commendatrices eſſe debēt.* Sed *quoniam ex his in quæ ius diuidunt generibus,ueritas ſupereſt,eò deinceps tranſeamus.*

De æqueſt. dignit.

De filijs officialium militarium, qui in bel.mo.

παράτιτλα AD VERITATEM. *Cap.* IX.

VENTVM *eſt ad ſupremam iuris coronidem* Veritatem, *quam* Mutiani *controuerſiarum ac indiciorum, quæ ex ſuperioribus deducantur,arbitram ac diſceptatricem,ideo ceu colophonem poſtpoſuerunt.*Enimuero*(ut in nomothеſia tradit* Plato*)*Si *poſt cæteras legū partes iudicia ſuperioribus diſpoſitionibus cōuenientia reddantur,naturalis utique iurium conſtituendorū ordo ſeruabitur.*Eſt *autem ueritas iuſtitiæ pars, per quam iudicio curatur,ne quid aliter,quàm cōfirmatum ſit,fiat, aut factū, aut futurum ſit.*Siquidem *hoc iudiciorū eſt proprium,*Eleuterio *teſte,*

c.iudicantem. 30.quæſt.5.

ſte, cuncta plena diſquiſitione rimari, quouſque ad ueritatẽ perueniatur. unde nuda inter eas quas tradũt iudicij comites, uelut luculenta indagatrix, indicatríſque deſcribitur à Poëta:

- Iuſtitiæ ſoror
Incorrupta fides, nudáque ueritas
Quando ullum inueniet parem?

Iudicialis igitur ueritatis uia, alia ordinaria, alia extraordinaria ſtatuitur. Ordinaria ſunt iudicia, quibus omnis legitima ſeries obſeruatur: ut eſt citatio, dilatio, actio atque ſimilia, quæ legibus præſtituũtur. Prætor urbanus, ait lex, duos lictores apud ſe habeto, isq; ad ſupremum ſolis occaſum ius inter ciues dicito. Cum in ius uoceris, ito. In comitio aut foro ante meridiẽ cauſam conijcito. Cũ perorant, præſentes ambo ſunto. Rem ubi pãgunt, oratione pangant. Si quis calumnietur, moretur, & fruſtretur, decumam litis mulctato. pœna enim ſancitum eſt, ſi litẽ malitioſe protelaret, aut fallaciter moneret. Ideo lege Acilia eo ipſo die quo patroni cauſarum peroraſſent, ſentẽtia ferenda fuit: adeóq; litium breuitas legiſlatoribus ſtudio fuit, ut tres tãtum ad perorandum horæ Pompeia lege darentur. Quanquam ob teſtiũ, tabularumq; cognitionẽ comperendinatio lege à C. Glaucia lata fuerit indulta, id eſt iudicij in diem tertium poſt perorationem dilatio. Verum is ordo tandem iudicij mutatus eſt: ut Iulius Paulus ſcribit, feréque à Claudij Neronis imperio præſtans, illa facultas orãdi euanuit, qui primus eo maxime more in iuriſdictione traditur uſus, ut poſtulantibus niſi ſequenti die ac per libellos reſponderet: eúmque quàm plurimũ in cognoſcendo morem tenuerit, ut continuis ueterum oratorum actionibus omiſsis, ſingulatim quæque per uices ageret. Quamobrem cum tot pro craſtinationibus ubiq; litiũ ſeries antiquis iuriſdictionis intercapedine manentibus, nouíſq; quotidie temporum tumultu ſuc-

De iudicijs.

De in ius uocan.

De litis conteſtat.

De calũniat.

De ordine iudicior.

l. ordo. de pu. iudic.

De libelli obla.

cedentibus magnopere creuiſſet, ut Tranquillus *narrat,* Veſpaſia*nus ſorte delegit, per quos iudicia, quibus peragendis uix litigatorum ætas ſuffectura uidebatur, extra ordinem breuiter expedirentur: uetuitq́; pluribus de eadem re legibus agi.* Ita *dicta extraordinaria iudicia, quæ ſummatim extra ambagioſã dilationum, formularúmq; ſolennitatem fiant. Sed cum omne iudiciũ ſecundum allegata & probata fieri debeat, probationes quas & uerificationes dicunt, alias* ἀτέχνους, *alias* ἐντέχνους *eſſe ſciendũ eſt.*

De extraord. cognitio. l. 4. l. illicitas. §. ueritas. de offic. praeſ.

De probatio.

Ἄτεχνοι, *id eſt inartificiales dicuntur, quæ citra aliud cauſidicorum, aut iudicum artificiũ à litigatoribus cum cauſa deferri ſolent: quibus planum id de quo lis agitatur, faciant. itaq; ſolẽnes probationes ueteribus iuriſperitis, ut ait* Gellius, *dictæ ſunt, ut iuſiurandum, tabulæ, teſtes, res iudicatæ, tormenta, rumores.*

De iureiuran. De in litem iuran.

Iuriſiurandi *probatio maximum expepiendarum litiũ eſt remedium. ait porro lex,* Si negat, *ſacramento quærito.* Periurij *pœna diuina exitium, humana dedecus eſto.* Sanctiſſimam *nempe grauiſſimaq́; pœna commendatam fidei iurandæ religionem, etiam inter ethnicos fuiſſe author eſt* S. Cecilius: *quoniam hoc commune inopiæ temporariæ ſubſidium ſublatũ iri præuiderent, ſi perfidijs impune ludificari liceret. Quapropter &* Artaxerces Per*ſarum imperator perfido linguam tribus perfodi clauis edixit: &* L. Septimius Cæſar *periurum fuſtibus cædi ſanxit, eiq́; ſuperindici,* πολυπιστῶς μὴ ὀμνύε, *id eſt ne temere iurato.* Probatur *quoque ueri fides tabulis, quæ & inſtrumenta dicuntur: quod ijs iudicium ut plurimum inſtruatur, ſi nõ minus, multis ſignis aut teſtibus, quàm iure oporteat, obſignata ſint.* Inſtrumentorũ *autẽ alia publica, alia priuata ſunt: ueluti* Tullius *philippica ſecunda,* In *publicis, inquit, actis nihil eſt lege grauius, in priuatis teſtamento. uerum iam teſtamentorum, uenditionum, cæterarumq́; rerum priuatarũ inſtrumenta publica inoleuit dici: quod his cõficiundis*

l. ſi duo. paragr. ſi. de iureiurand.

De fid. inſtr. & apochis.

ficiundis tabellionum publicorum authoritatem fere interponamus. uſum autem tabellionum primus M. Antonius inſtituit, quo iuſtius ac conſultius hominum negotia peragantur, priuatáque modo nuncupantur, quæ à priuatis tantum conficiantur: ut accepti, expēſiq; tabulæ, aut nomina, ſyngraphæ, quibus ſane minus res uerificātur, q̄ publicis: quoniā è ſyngrapha ius dici, lex quoq; Gabinia uetuerit. Teſtimoniorum itidem uſus frequenter uerificus eſt, legibúſque diffinitus, ut ait Chariſius. nempe ad numerum uſque teſtium decem. ait enim prætor: Quāti ea res erit, tātæ pecuniæ iudicium recuperatorium dabo, teſtibúſque duntaxat decem publice denunciandi poteſtatem faciam. Eſt autem teſtium fides, ut iuriſconſultus monet, cautim examinanda, ut quid fictum, quid tempore allatum, quid ſpe, metúue deprauatum, quid odio uel amore ductum: ex ore, uultu, uoce, frontéque iudex circunſpiciat. Rerum pariter iudicatarum uis plerunque fidem ueri facit, cum ſimilibus in cauſis præiudicia reperiuntur, tum uero plurimum habent momēti, cum de eadem cauſa, uel inter eaſdem partes, aut apud eoſdem iudices fuerit pronūciatum. nam diuerſorum iudiciorum diuerſæ multæ comperiuntur ſententiæ: ut ſi quæratur an illatam à magiſtratu uim repellere liceat. C. Marius Arnucium abſoluit, quòd Tribunū uim ſibi inferentem interemiſſet. C. Nero Philodamum condemnauit, quòd Cornelium Prætoris lictorem uim ſibi afferētem occidiſſet. Cum uero diuerſæ fuerint cauſæ, nihil agit exemplum, litem quòd lite reſoluit. Tormentorū quæſtionibus etiam ueritatē erui, doloréq; fatigari homines, ut quicquid ſciant, fateantur, inſtitutū eſt. Sed cum periculoſa hæc ſit, ait Vlpianus, inueſtigatio, ueritatémque ſæpiuſcule fallat, nō cuiuis confeſſioni fides habenda. quidā enim tanta ſunt impatiētia, ut quidq; fingere ac mentiri malint, q̄ cruciabilem equulei punctum ſentire, ut M. Agrij argētarij ſeruus

De tabellion.
De tabularijs ſcribis &c.
De teſtib. l. 1. §. 1.
De re. iudic.
No. in. l. uim. de iuſt. & iu.
Quib res iudic. non noc.
De quaſt.
l. §. impubes. de ſenat. conſ. Syllan.

R

Alexandrũ Fannij ſeruum occidiſſe, tortus conſtãter aſſeuerauit, ita ſupplicio affectus eſt: paruo deinde tempore Alexander domum reuerſus eſt. Alios tanta uideas duritia, ut ab eis nullo poſſit angore ueritas extorqueri: queadmodũ ut uiros ſileam, Laena mulier Athenienſis Ariſtonis familiariſſima, linguam mordicus amputatam in faciem tortoris ſæuientis expuere, mortemq; in tormentis perpeti maluit, quàm conſcios cõiurationis indicare. Rumoribus famáque probatio nũquam præſtatur, ut Saluius ac Domitius inquiunt, cum publicus ciuitatis conſenſus euidenti iudicio quid cõfirmat, ut Barbarium Philippum probabile ſit ingenuum eſſe, quem præturam gerere uulgatum ſit: & manifeſtarium Cn. Sergium ætatis eſſe legitimæ, quem publicorum uectigalium redemptorem eſſe notorium ſit. at ſi qui ſuſurris ſcurrarum aut maleuolorum rumuſculi diſſipentur, omni prorſus fide carent. quapropter Fabius ultimum eſſe famæ locum monet, ubi ueritatis ſit dimicatio. Eſt enim fama, ut Maro teſtatur, tam ficti prauíque tenax, quàm nuncia ueri. Ἔντεχνοι, *id eſt artificiales probationes & uerificationes ſunt, quæ præſumptiones & argumenta uocantur, cum rebus ad fidem faciendam appoſitis, ueritas eſt inueſtiganda: ſolennium enim probationum facultate ſublata, iudex penitius de ueritate cognoſcere debet, ut legiſlator Antoninus ait, quæ argumentis etiam inueſtigetur. Quapropter Q. Labeo non abs re legali* πιθανῶν *libros, id eſt uериſimilium, eorúmque annotationes Iulius Paulus compoſuit. Iudex enim bonus eſſe nemo poteſt, ut ait Tullius, qui ſuſpicione certa ad ueritatem eruendam non moueatur. ideóque iuſtitiæ, iudiciorúmque perſpicacitatem, Aegyptiorum hyeroglyphica per oculum denotarunt, quod ille uerſus ſignificet:*

Ἔστι δίκης ὀφθαλμὸς ὃς τὰ πάνθ᾽ ὁρᾷ.

Oculus eſt iuſtitiæ qui ubique proſpicit.

l. barbarius. de offi. præt.

l. 3. ad Senat. con. Macedo.

De præſump.

l. 2. de in li. iuran.

πιθανῶν igitur ſeu ueriſimiliũ, ſeptẽ à Tryphonio deſcribuntur elemẽta, perſona, cauſa, locus, tẽpus, qualitas, quãtitas et euẽtus. A perſonis ueriſimilitudo ſumitur, conſideratis cuiúsq; moribus corporis ac fortunæ habitu. Si mater eſt, filiũ cupit incolumẽ. ita puerũ inter matres Salomõ diiudicauit. Si paterfamilias ĩduſtrius, incredibile ſoluiſſe indebitũ: ſi deſes, rudis, miles, minor, ueriſimilius. ideo qui cœpit, debitũ fuiſſe probare debet. A cauſis ueriſimile colligitur, ab ira, inimicitijs, metu, cupiditate, ſimilibúſq;: nemo enim ſine cauſa, ſine ſpe, ſine emolumento ad maleficiũ conatur accedere. unde illud κριτήριον Caßianũ, cui bono fuerit. A loco, ueri quædã imago ſuſcipitur, ex omni natura loci, ut à lõginquo uel propinquo, celebri uel ſolitario, ad negotiũ adminiſtrandum opportuno uel nõ apto. An ſit ueriſimile Næuianos ab urbe Rom. ad Sebuſianos in Galliã biduo iuiſſe, ut Quintiũ Prætoris authoritate deiecerint poſſeßione, cũ ſeptingenta milia interſint? A tẽpore ueriſimilitudinis argumentũ ſumitur conſiderata tẽporis cõmoditate, idoneisq; momẽtis, ut luce uel tenebris, bello uel pace. Hinc P. Clodius Lanuuino dictatori inſidiatus arguitur, ꝙ expeditus noctu obſeruata lanuuina feſtiuitate uiã obſediſſet. A qualitate probabilis ſuſpicio ducẽda, cum quale ſit factũ diſquiritur, ut C. Seius lãgueſcẽs, à ſeruo ſuo potionẽ cœpit: cũ partẽ bibiſſet, queſtus eſt uenenũ ſibi datũ: ſeruus quod reliquũ erat hauſit. hero defũcto reus fit, ĩſpiciẽdũ morbo perierit, an ueneno: fueritne uis aut diuturnitas morbi, macies, pallor, an cruditas, uel caſus repẽtinus, tumor, pedor, cutisq; liuida. A quãtitate ueritatẽ cõijcimus, ut plures & paratiores ueriſimile ſit aggreſſores fuiſſe, pauciores uero defẽſores: neq; enim Hercules, ueteri parœmia, cõtra duos. Ab euẽtu, ueriſimilitudo fit ĩprudentiæ & cõſilij. Conſilij ſuſpitio quæritur ex his quæ clam palámue perſuaſione ante uel poſt negotiũ facta ſunt: nõ ope cõſilióue tuo furtũ factũ

l. aut facta. de pœn.
c. afferte. de præſumpt.
l. cũ de indebito. de proba.
c. quoſdam. de præſump.
c. mãdata. & c. illud. eo.
l. Caius Seius. ad Sylleian.
De præſump. c. literis.
§. interdum. de furt.

ſit, qui ferramenta, ſcaláſue commodaſti, quibus frangendæ fores aut ſcandendæ feneſtræ: ſi inuenta domi munera, codicilli, trepidatio. Imprudentiæ caſus præſumitur neceſſitate, fortuna, & permotione. Neceſſitate, ut A. Albinus circũuentus, cũ fugere non poſſet, impedimentis relictis, exercitũ ſub haſta eduxit: reus, neceſſitatem allegat. Fortuna, cum tonſor à luſoribus iniecta in manum pila, cuidã gulam præcidit. quum Tydeus ferã uenando, fratrem confodit. Permotione, quum Aelius Priſcus, qui inſanus erat, matrem occidit. Si Theon Tithorcus ſomniãs quę uerberauit, qui dormiens deambularet. Cum uxor iracundiæ calore diſceſſerit, móxque reuerſa contẽdat non eſſe diuortium. Quibus coniecturis & argumentis ueritatem undique conquirere ac depromere, ſapientis & ingenioſi iudicis eſt: ut enim bonus eſt medicus qui plures tractarit ægrotos, ait Plato, ita bonus iudex qui plures uerſarit animos. non enim magna laus eſt iudicis ſecundum teſtes ac tabulas iudicare, uerum quæ ſignis, quæ credibilibus rebus, argumẽtis ac præſumptionibus cognoſci poſſint ſubodorari, circunſpicere, perſcrutari, in apricum proferre: hoc opus, hoc decus eſt. His ſex generibus, quaſi iuris fontibus omnẽ legum ſyluam ſubiectam, circunciſamque Mutiani reliquerunt. Hinc Q. Mutium magiſtrum imitando, Cicero Sexto ad Atticum libro breuem διαίρεσιν iuris edicendi ſe propoſuiſſe teſtatur. Q. Scæuolam equidem dicere ſolitum ferunt, nullius artis faciliorem ſibi uideri cognitionem, quàm iuris, & ſi pleriſq; diuerſum uideatur: quoniã qui huic præfuerũt doctrinæ, quo plura & difficiliora ſcire uiderentur, id quod poſitũ & in uno genere breuiq; deſcriptione, in infinita minutatim diſpartiãtur: quo quid publicæ diſciplinæ pernitioſius? quid ad miſeram ὀψιμαθίαν, id eſt tardidiſcentiã pronius? Arceſilã Pytaneum philoſophum uere dicere ſolitũ ferũt: quemadmodũ ubi ꝙ multa pharmaca, multiq; ſunt

l. 2. ſi quis caution. l. fere. de reg. iur.

l. item mela. ad leg. Aquil.

l. diuus. de offic. præſid. l. quicquid. de reg. iur.

Opſymathia unde.

ſunt medici, ibi quã plures uerſari morbos, quòd pharmacorũ fiducia nemo pertimeſcat intemperãtiã: ita ubi quàm pluria iura, legéſque diſcantur, ibi teterrimam iniuſtitiam graſſari: quòd tot cautionum, conditionum, laqueorumq; mæandris fraudulentiora nutriantur ingenia. hæc igitur ſat multa.

De δικαιολογία ſiue legalium quæſtionum conſtitutione. Cap. X.

CIVIS.

EGO VERO Palatine, quid artis de tanta conſultorum cauſidicorumq; diſſertatione, tamq; multi iuga legalium quæſtionum opinatione ſtatueres, expectabam. quid. n. alea iudiciorum incertius? quid hoc ſcholarum puluere perturbatius? quid ἀτεχνικώτερον? teſtatur hoc in Pythicis Pindarus, cum ait, In mari naues fortuna reguntur, ac terra bella uehementia, κἀγοραὶ βουλαφόραι, ideſt fora conſultatoria. Ipſum quidem Q. Scæuolam quẽ tu tãquã oraculum Pythicum prædicas, cum apud Centumuiros pro Coponio cauſam ageret, etſi multorum iuriſconſultorum authoritate fretum, non obtinuiſſe, compertum eſt: quinetiam de multis illius ſcriptorum capitibus reprehenſis, Seruius Sulpitius *l. qui penum* librum poſteritati reliquit, ut Gellius, Vlpianúſque retulerunt. *de pen. leg.* quẽadmodum & tuus ille κορυφαῖος Iulius Paulus ingenue fatetur, ſe cum apud Iudicem fideicommiſſarium pro muliere quadã *l. quæſitum pa-* diceret, cauſa cecidiſſe. atque tuus Phœnix Domitius in pluribus *ragr. cum uir. de lega. 3.* quæſtionibus, tum in illa, num Aufidius, aliúſue cæcus officio iudicãdi fungi poßit? à qua, quod aiunt, hæſitauit. ut P. Scæuolam, *l. 1. parag. ca-* M. Manilium, Brutum, Trebatium, alióſque mittamus innume- *ſum de poſtu-lan.* ros, quos antiquitas huius profeßiõis principes appellauit: quorum ſententias paßim inter ſe pugnantes legere licet. quòd illa

apud Comicum aduocatorum conſultatio plane riſit:

Quod te (ait unus) abſente hic filius
Egit, reſtitui in integrũ æquum eſt & bonũ. Tum alter,
Mihi non uidetur, quod ſit factum legibus,
Reſcindi poſſe. *Quid tertius?*
Ego amplius deliberandum cenſeo, Res *magna eſt.*

O pudendam inertiam, ne dicam ignauiam. Nec *mirum ſi Demipho dicat, incertior ſum multo quàm dudum. quum igitur omnia quæ à iuriſconſultis tractentur, dubia, cæca, incertáque ſint, ars uero niſi quæ cognitis & nunquam fallentibus rebus contineatur nulla ſit, hic uide ne* φιλοτέχνημα *tuum deſinat.*

AVLICVS. *Atqui memento candide ciuis, te cum non recte aliquid eos ſtatuere qui conſulantur dicis, de hominibus imperitis, non de ipſa iuris arte detrahere.* Q*uum enim legibus*
Parag. bis legibus latis. de orig. iu. *latis naturaliter euenire ſoleat, quod &* Sex Pomponius *admonuit, ut illarum interpretatio deſyderet prudentum authoritatem, neceſſariámque fori diſputationem, quam* Rutilius *ac* Fabius *Græcíque omnes* δικαιολογίαν *uocarunt, hanc nos quidem artem in iure putamus eſſe, non illam quidem extrinſecam, quæ in nudo inſtitutorum textu artificioſe tradendo digerendóque conſiſtat: quam* μέθοδον Græci *dicunt, quam ſupra ſatis attigiſſe uidemur. ſed alteram quandam quam intrinſecam* Varro *uocat, quæ ex propoſita legum & inſtitutorũ diſpoſitione diſquiſitionem quandam practicam & explicatricem quæſtiunculis accitis, exemplis ac rationibus demonſtret, quǽque forum, ſcholáſque uehementer exerceat, quam* ἄσκησιν Græci *dicunt.* Cuius *equidem artis finem aſſerat eſſe* Tullius *iuſtæ ciuium in cauſis æqualitatis conſeruationem.* Ab *ipſa igitur* δικαιολογίᾳ *ueteres*
Status iuridicialis. *ſtatum* δικαιολογικὸν, *ideſt iuridicialem poſuerunt. in quo quid iuris ex lege ciuili, more & æquitate ſit, à iuriſconſultis conſyderetur.*

ſyderetur. at dubitas artem eſſe, quia ſit aliquando contra iudicatum quàm iuriſconſulti interpretentur. primum hic quæro rectè an perperam? Si rectè, id plane ius fuit, quod iudicatum eſt: ſin aliter, non dubium eſt iudices potius eſſe uituperandos: ſin de iure uario iudicatum eſt, non potius contra conſultricem iſtam iuris artem ſtatuunt, quàm eorum confirmant authoritatem, qui eam in partem ſenſerant: non autem omnes per omnia, ſed certi per certa, uel meliores, uel deteriores, ut etiam Iuſtinianus *teſtis eſt, inueniuntur. Atque adeò alium fortaßis ipſo* Scæuola *confitemur alia in re exercitatiorem, quem accepimus perlubenter conſultores ſuos cum de iure prædiatorio conſuleretur, ad* A. Caſcellium *&* P. Furium *condiſcipulos ſuos reijcere ſolitum, quos in ea iuris parte aßidue uerſatos, uſuque artem uincere ſciebat. quemadmodum ſapientißimi cuiuſque artis profeſſores faciunt, à quibus & propria ſtudia uerecunde, & aliena callidè æſtimantur. quam fidem & in ſuo cuiq; deferendo ingenuitatem, utinam omnes iuriſconſulti, iudicésque præſtarent. decori muneriſq; ſui meminiſſent: quẽadmodum* L. Cincius Halymetus *Senator clarißimus libris illis ſuis de officio iuriſconſulti tantopere commendauit, ídque obſeruarent* Horatianum,

l. 1. §. cumque hæc materia de uete. iu.

L. Cincius de officio iuriſcõſulti.

Quod ſit conſcripti, quod Iudicis officiũ, & quæ Partes.

Quod enim ijs uitio uertis, maximam duco gloriam: ut nonnunquã amplius deliberandũ pronunciẽt. quid enim eſt conſiliũ quã matura deliberatio? Equidẽ uereor quod Plinius *queritur ut dignitates dũ indagare uera piget, ignorãtiæ pudore mẽtiri nõ pigeat. haud alio fidei proniore lapſu, q̃ ubi falſæ rei grauis author exiſtit, & iudicio genus iniuriæ cõfirmatur. Verũ ad dicæologiã redeamus. Huius igitur ſtatũ nõ iuriſconſulti modo, ſed etiã nobilis* Platonicus Hermagoras *&* Poßidonius *ſtoicus, alijq; permulti philoſophi ĩ duas diſtinxere quæſtiones, unã facti, alterã iuris.*

Quæſtio iuris aut facti.

Quæſtio facti uocatur, in qua de ipſo negocio factóq; extra ſcripti perplexitatem quæritur, ſed an ſit, & quale ſit, ipſius naturæ cõtemplatione conſtat. Itaque ad Oratores *eæ quæſtiunculæ ſunt ut potiſſimum referendæ, qui coniecturis, qualitatibus, finitionibúſque factum uel non factum ſuadeant. unde Gallus* Aquilius *cum ad eum tale quid referebatur, ut de facto quæreretur, ad* Ciceronem *inquiebat: nihil hæc ad ius quod quidem & noſtri legũ authores illis facile conceſſere.* Iuris *autem quæſtionem* ζήτημα νομικὸν *appellarũt, quæ ex uerbis, alijsúe rebus quæ ſcripto peraguntur, proficiſcatur.* Omnis *uero lex quæſtionem ac litem habet, aut propter ſe ipſam, aut propter alteram.* Propter *ſeipſam, quum ex mente, uerbíſque diſsidium oriri, uel quid ambiguũ fieri uidetur: propter alteram, cum ex legibus contrarijs, uel collectiua legis ſimilis ratiocinatione naſcitur controuerſia.* Itaque *legalium quæſtionum ſtatus quatuor habentur, quibus explicatis, uel ad unguem perfectam teneas iuris artem, magis magnam ſane atque uberem, quàm difficilem & obſcuram.*

l. eum quem de iudic.

De ſtatu legali ῥήτου, καὶ διανοίας. *Cap.* XI.

QVAESTIONES *ex eadem lege ſcripturáue naſcuntur duæ, una quæ à* Domitio ῥήτου καὶ διανοίας *nominatur, ideſt dicti & uoluntatis. altera uero ambiguitatis. Statum dicti & uoluntatis litigioſum inſtituemus, quoties ex uerbis & mente legis pacti teſtamenti aut alterius ſcripti naſcitur controuerſia. eſt autem dictum, ut ipſe* Domitius *diffinit, quod uerbo tenus pronunciatum eſt, nudóq; ſermone fungitur. dianœa uero mentis eſt ac uoluntatis intentio ex dicti cauſis inferenda. Omnem huius ſtatus rationem facilius conſequetur, qui intuitus fuerit quæ ſit lex quæ litem faciat, ideſt qua conſultatio iudiciumq; ſit conſtitutũ. eſt enim lege ius, quod in eo ſcripto quod populo expoſitum eſt,*

l. fraus de legib.

l. ſciendum de Aedil. ed.

ut obſeruet continetur. ῥητὸν igitur duplex conſyderatur, obſcurũ aut manifeſtum. ex obſcuro diſceptatio accidit, cum in lege uel alia uoce ſcriptóue ineſt obſcuritas aliqua in qua uterque litigãtium interpretationem ſuam confirmat, aut aduerſarij ſubuertit. Ita ſi de interpretatione legis quæritur, primo, ut Paulus Iulius ait, inſpiciundum eſt quo iure ciuitas retro in eiſdem caſibus uſa ſit. Eſt enim, ut Sulpitius Apollinaris dicebat, Conſuetudo cum omnium domina rerum, tum maxime uerborum: cum non propriæ tantum dictionum ſignificationes uſu longiore mutentur, ſed legum iuſſa tacito conſenſu etiam obliterentur. Atinia lex ait: Quod ſubreptũ erit, eius rei æterna authoritas eſto. M. Manilius Brutúſque dubitarunt, quæſierúntque num in antefacta furta nedum poſtfacta lex referatur, quoniam hoc uerbum erit non ſolum futurum, ſed etiam præteritum tempus ſignificat. Attamen quoniam in lege Voconia teſtamentaria in Cornelia de Falſis, in Fuſfijs, ac Furijs, cæteríſque legibus, ita ciuitas uſa fuerat, ut ius tantum ſtatueretur, quo poſt eas populus uteretur: nec in iudicium ante facta uocarentur, Scæuola, Trebatiúſque ſenſere: ſubreptum erit ad futura tantum referri. Itaque operæ pretium erit quod Satyricus monet: l. Si de interpretatione de leg. l. uerbum erit de uerb. ſig.

Vt monitus caueas ne forte negoti
Incutiat tibi quid ſanctarum inſcitia legum.

Nimirum cum in iſtiuſmodi obſcuritatibus conſuetudo ciuilis, uſus, ceu optima legũ interpres ſit attendenda, omnem ciuitatis morẽ, publicámq; diſciplinã familiariter noſſe oportet, ſi quis legum ſcientiã profiteri cupiat. Itaq; ſi de lege illa Piſana, e nomotheſia Platonis recepta quæratur. Nuptijs conuiuæ præter X. ne ſunto. cũ pater & filius uxorẽ eodẽ die ducerent, & XX. conuiuas adhibuerunt, tametſi utrumlibet defendi poſſit, & duas eſſe nuptias & unum fuiſſe cõuiuium. quoniã tamẽ in XII. Tabu- no. l. 2. de priuat. delict.

l. ſi ita uulneratus para. ſi. ad l. Aquil. — lis lex, Furi manifeſto, pœna quadruplum eſto. ſic accipi conſueuit, duobus trabem ſurripientibus, quam ſinguli tollere non poterant, cum ab utroq; trabes quatuor petuntur, illi binas offerũt, ut ſinguli teneantur in ſolidum, innumerabilibúſque legum aliarum exemplis iſta recepta ſit interpretatio, ſequenda uenit conſuetudo. unde iuriſconſultorum illa phraſis inualuit: ita utimur. — Ita utimur.

Eadémque ratione, Si teſtamento ſupellex legetur, ac quid ueniat ſupellectilis appellatione quæratur, Seruius quidem Sulpitius ab etymologia illud interpretatur contineri, quæ quondam ſub pellibus utenda locari ſolerent. itaque & ſi teſtator ea de quibus non dubitetur, quin alio ſint in genere, ut puta eſcariũ aureum ſupellectili ſuæ ſolitus ſit adſcribere, non ideo ſupellectilis appellatione contineri: non enim ex opinionibus ſingulorum, ſed ex communi uſu & ciuitatis conſuetudine uoces intelligendas eſſe. — l. Labeo de ſupell. leg.

Quin ipſius gentis ac populi conſuetudinem ita ſpectandam monent, ut alimentis legatis ſi in regione ubi aqua ueneat, ut Aegypto imbrium ac fontiũ experti, ubi neceſſum eſt Nili fluĉta in ſpecubus domi ſubſidere, adeò limoſa ſunt ac turbida, ut multos morbos efficiant, ni paulatim temporis ſpacio liqueſcant, ibi equidẽ aqua ſoluenda erit ex uſu loci ac regionis: — l. mela parag. ſi. de alim. & cib.

Quẽ penes arbitriũ & ius & norma loquendi, ut Flaccus ait.

SECVNDO, dictum legis obſcurum ſi ex communi conſuetudine percipi nequeat, propria uerborum ſignificatione declarabitur: cui in dubio ſeruiendum eſt, ut ait Vlpianus. ideo enim inuenta fuere nomina, ut demonſtrent dicẽtis uoluntatem, ut ait Tubero, quod uero certius uoluntatis ſuæ teſtimoniũ relinquere quis potuit, quàm quod ipſe magna cura atq; diligentia ſcripſit aut pronũciauit. Eſt autem uerborum ſignificatio perſpicua diffinitione, quæ nihil eſt aliud quã oratio perfecte per reſolutionẽ enunciata: Iſta igitur ratione cognoſcemus quid Cretio, quid bonorum — l. cum de lanionis. de fun. inſtruc. l. 1. parag. ſi is de exercito.

norum poſſeßio, quid mancipatio, quid ſtipulatio, fideiußio, cæteraq́; difficiliores ad ius pertinentes ſignificationes. Aptanda ergo erit, ut monet Iuriſconſultus, congrua ſingulis uerbis interpretatio, quæ Græcis κατὰ πόδας *appellatur. Cenſoria Lex ait, Pro ſeruis quos uſu ſuo quis domum ducat, portorium ne dato. dubitatum eſt quid ſit domum ducere, num etiam in plures prouincias in quibus domicilium habeat, an ubi ſit aßiduus, maiorémque facultatum partem habeat, & in cenſum referatur: tum quid ſuo uſu, num etiam qui ad agrum colendum, an qui ad eius corpus tantum tuendum ſint deſtinati, dein, quid portorium. num uiceſima, ut mercium, cum homines appellatione mercium non contineantur. Ita diffiniendo cuiuſque dicti ſignificatio proprietáſque colligetur. Et ita Prætoris explicatur edictum. Qui fraudationis cauſa latitarit, cui hæres non extabit, ſi uiri boni arbitratu non defendatur, eius bona poßideri, uendiq́; iubebo. quæſitum & controuerſum coram Gallo Aquilio quid ſit latitare, num turpis occultatio ſui, ut Tullius pro Quintio interpretatur: quid fraudationis cauſa, num ludificandorum creditorum cauſa: quid defendi, num iudicium accipere per ſe uel per alium, ſed cũ ſatiſdatione. itaque cum de dicti obſcuritate controuertetur, non aliter à ui, proprietatéque uerborum recedendum eſt, quàm ſi res ſenſusq́; repugnent. Tametſi cum uerba ſecundum propriam ſignificationem accipi non poſſunt, metaphoricos interpretanda erunt. Sicut in XII. Tabulis, pedem ſtruit, pro fugit, interpretatur Seruius Sulpitius. & plerúmque confuſe, quódq; καταχρηστικῶς dicunt uoces intelligũtur, ut in iure Prædiatorio uia & iter diuerſa ſunt. nam iter eſt ius eundi hominis non agendi iumentum. uia autem eſt ius eundi & agendi iumentum. Si tamen uia tam anguſti loci conceſſa ſit facta demonſtratione, ut iumentum duci non poßit,*

l. item ueniunt parag. præter de petitio. hæ.

l. in lege de uerb. ſign.

l. fulcinius parag. quid ſit latitare. quib. cau. in poſ. ea.

l. recte defendi de iudic.

l. nõ aliter de legat. 3.

l. ſi tam anguſti de ſeruit.

impropriæ & per κατάχρησιν intelligendum eſt ſeruitutem itineris conſtitutã magis quàm uiæ. Itidemq; domum tibi uẽdo,ut aliam reficias:hic quidem nulla eſt uenditio,quia non pretiũ numeratũ intercedit.uerum quo actus ualeat,potius quàm pereat, uenditio iſtæc in actionem quod intereſt,conuertitur : ſicque per

l. Plautius de auro & arg.

ἀκυρολογίαν uerba transferũtur,ſalua tamen ratione recti ſermonis.Sic ſi tibi pecuniam dono,ut eam mihi mutues:proprie nec eſt mutuum,nec donatio.non donatio,quia non ita datur ut omnino penes accipientem maneant:non mutuum, quia exoluendi cauſa

l. ſi tibi de re cred.

magis q̃ alterius obligãdi.ſed hæc ob uerborũ ſubtilitatẽ.æquius tamẽ eſt utrumq; cõſiſtere:nõ enim ex uerbis res,ſed ex rebus inquirẽda ſunt uerba,ut dicebat Myſon *unus ex ſeptẽ ſophis. neq; uerborũ cauſa res gerũtur,ſed ob res ipſas uerba fiunt.unde* Tullius *apud recuperatores nõ ex uerbis ius pẽdere,ſed uerba cõſilijs & uoluntatibus hominũ ſeruire debere trahit,ut mẽtis feneſtras potius aperiãt q̃ reſerent.*

l. in obſcuris de reg. iu.

Poſtremo ῥητὸν,obſcurũ,ſi nec ex cõmuni uſu,nec finitione,nec metaphora queat explicari:uerisſimilium adhibẽda eſt ratio,cũ ex præcedẽtibus ac ſequẽtibus, tũ ex ipſo materiei ſcopo,ut X I I Tabulæ *ſanciunt:* Ne *leſſum funeris ergò habeto.hoc* S. Aelius Catus & L. Acilius *qui primus à populo ſapiẽs ob egregiã iuris intelligẽtiã eſt appellatus,ſe nõ intelligere ꝓfeſſi ſunt,ſed ſuſpicari aliquod eſſe ueſtimẽti lugubris genus.at* C. Lælius *fictitiũ nomẽ eiulationẽ lugubrẽ eſſe putauit: inter tã uaria quid aliud quàm uerisſimilius ſeligẽdũ.* Q*uũ autẽ de lamẽtis minuẽdis lex ante dixiſſet:* Ne *genas carpito.ꝙ eſt ĩpatiẽter dolẽtis,& ſeſe diſcrutiãtis,magis de eiulatione,q̃ de ueſte dictum uidetur:quoniã id* Solonis *legibus illis* X I I. Tabularũ *tanq̃ matricibus uetitũ erat,ut refert* Plutarchus,*ne lamẽtatiões ſe cedẽtiũ,& quæ luctũ prouocarẽt,eiulationes in alieno funere eſſent.at ſi ſcripta intelligi nõ poſsint, perinde ſunt ac ſi ſcripta*

l. Quintus Mutius de reg. iu.

non

nõ eſſent. EX MANIFESTO *dicto iuris diſceptatio na-*
ſcitur, quũ manifeſtũ quidẽ ῥητὸν *eſt: uerũ ex quodã uoluntatis* l.1. & 3. de
diſcurſu apparet aliud quod legis cõſtitutor uoluerit. Quocirca lib. preter. uel
nunquam tantũ uerborũ interpretatio ualere debet, ait legiſla- exh.
tor, ut potior ſenſu exiſtat: alioquin dicebat Scæuola, captioſum
populo eſſet interpretatio ne diſertorum ſcripta dictáue ſimpli-
cia peruertere. Tribus *itaq; modis uoluntas contra ſcriptum, di-*
ctúmue diſcernitur. Primo *cum ex ipſo patet id dictum, ita ſem-* l.1.§.fi.l.3.§.
per & abſolute ſeruari non poſſe, ut in ſenatuſcõſulto Syllania- 1. de ſenat. cõſ.
no. Serui qui ſub eodem tecto ni domino periclitanti auxiliẽtur, Syllan.
torquentor. quid ſi cæcus, infans, ſurdus, ualetudinarius, aliáſue
prohibitus? num ſanctio perpetua ſit? quid ſi duos dominos ha-
bens aggreſſuram patiẽtes, & uni cum ferret opem, omnibus ſi-
mul non potuerit? num excuſetur, quem M. Cato *non libertate ſo* quib. ex cauſ.
lum, ſed omnibus præmijs digniſſimũ prædicauit, qui domini ca- ſer. p prem.
put defenderit? quod enim præmium ſatis dignum tam fideli ſer lib.
uo, propter quem uiuas? Sic perperam ephori laconicam legẽ in-
terpretati ſunt, quæ ueteraret inire prælium ante plenilunium.
cùm in Marathonem *irruperunt* Perſæ, *atq;* Phariſæi *ſabbatha-*
riam legem obſeſſis à Pompeio Hieroſolymis *ſuperſtitioſius ob-*
ſeruarunt, cum potius armis patria eſſet protegẽda, quàm cun- l.2. de legib.
ctandum atque torpendum: nimirum leges ad utilitatem publi-
cam reſtringendæ ueniunt. eſt enim legum mens Reipub. συνθήκη,
id eſt compoſitio & conſeruatio. Quocirca Lyſiæ *dictum conſi-*
derandum eſt, unanimem eſſe debere iudicem & legiſlatorem, ut
quo animo, qua de cauſa, quo conſilio legum ſanctor præſcripſe-
rit, eo iudex interpretetur ac conſtituat. Secundo, *quæſtio iu*
ris ex manifeſto dirimitur, æquitatis coniectu. eſt autem æqui-
tas ἐπιείκεια *iuris quædam moderatio, cum uerba præfractiora,* in omnibus. de reg. iur.
aut generaliora ſunt, q̃ ut abſolute in omnibus ualere debeãt. ut

in lege Cenſoria. Agri deorum immortalium immunes ſunto. Agitata fuit in Bœotia *quæſtio, cum publicani præfractius interpretarentur, immortales cenſendos nullos eſſe, qui aliquando mortales fuiſſent: ne* Herculis *aliorúmque diuorum qui homines*

l.1.ad exbib. *fuiſſent, lucos, agrosq́; relinquerent immunes. Sed non oportere ius calumniari conclamant iuriſconſulti, neque uerba eius captare, ſed qua mẽte quid dicatur animaduertere. Sic* Thraces *cũ centum & XXX dierum inducias cum* Thebanis *pacti eſſent, noctuq́; popularentur agros, quod inducias dierũ eſſe non noctium*

l.poſthumus. de iniuſt.rup. *uerſutius interpretarẽtur, manifeſte iniuſti fuere. & in lege, Agnatione, Poſthumi præteriti teſtamentũ ruptum eſto. quid natus ac mortuus eſt uiuo teſtatore? ſcrupuloſa quidẽ iuris ſubtilitate ruptæ ſunt tabulæ: at benigniore quodã æquitatis uoto, rationíſque dulcore teſtamentũ recõualeſcit, quaſi illo pro nõ nato habito. Itaq; ſummũ ius, quod* Ariſtoteles ἀκριβοδίκαιον. *i. emunctius, & ad uiuum preſſius nominat, ſumma dicitur iniuria: atq; ut* L. Moderatus *dicebat, ſumma crux. quapropter* Menander *ait:*

Καλὸν οἱ νόμοι σφοδρ᾽εἰσιν, ὁ δ᾽ ὁρῶν τοὺς νόμους

Λίαν ἀκριβῶς συκοφάντης φαίνεται. *id eſt perpulchre quidẽ leges ſunt: at qui adeò exacte has intuetur, calũniator uideri poteſt, quoniã & qui plus ſatis emungit, ſanguinem elicere ſolet.*

Glo l. mancipia. de ſer. fugi. l. toties. de dam. infec. *Tertio dianœa ex manifeſto diſcernitur, cum uerbum in lege quoddã eſt, quædámue uocis qualitas, per quã probetur aliud legis authorem ſenſiſſe, quàm ex uerbis controuertatur.* Lex XII *tab. Si uia ſit immunita, qua uoles iumentũ agito. quid ſi* Romæ *Appia uia non ſtrata ſit, num per agrum Sebuſianum in* Gallia *iumentum agere ius ſit? minime. hic enim immunita uia ſatis ſignificatum uidetur, de uia agro proxima, per quã tranſire impe-*

l. hos accuſare. §. omnibus. de accuſ. *diaris. & cui non congruunt legis aut conuentionis uerba, deficit legis diſpoſitio. Lege Pompeia diſtinctum, qui parentem, cognatum,*

tum, patronúmue occiderit, ea pœna tenetur, quæ Cornelia de ſiccarijs eſt conſtituta. hic quia eſt uerbum in lege, patronũ, quod in ſeruos quantum ad hæc uerba pertinet, non cadit: nec pœna legis quadrabit. eadémque ratione priuatorum cõuentiones, dictáque cum ea qualitate qua fuerunt enunciata, ſunt intelligenda. His fere modis ſcripti, uolũtatíſq; controuerſia reſoluitur. cuius conſtitutio ſi alijs qualitatibus, negotiorúmque circunſtãtijs coadiuuabitur, expedita erit potiſſima iuriſprudentiæ pars.

De ſtatu iuris ex amphibolia. Cap. XII.

ALTERA δικαιολογίας *ex lege ſpecies eſt ambiguitas, tractatus ſane perplexus, ac iſtis legum uatibus ad oracula, reſponſáq; iuriſprudẽtiæ cognoſcẽda pernceſſarius. adeò ut Saluius Iulianus, qui iuris digeriẽ tot ſeculis præſcripſit, ſingularẽ de iuris ambiguitatibus librũ uelut unice legũ profeſſioni cõmodiſſimum conſcriberdũ putarit, & quidẽ Chryſippus, omneſq; Pyrronici, alsijq; multi philoſophi, qui* ἀπορητικοὶ *quaſi in omnibus ambigẽtes inde dicti fuerunt, nullum eſſe uerbum prodiderunt, quod nõ* (Aporitici philoſophi.) *plura ſignificare poſſit. Sed nihil inter homines quidem adeò eſt indubitatũ (ut legiſlator ait) quin ſi penſiculatius mẽtem adhibeas, dubitationẽ aliquã recipiat, tametſi unum quiddam iuſtiſſimum ac ueriſſimillimum ſit.* (Paragr. 1. de inſtr. cau. in auth.) *Sed cum multi ſint, uelut ex profeſſo litium ſequaces & ſtudioſi, quos Græci* φιλαιτίους καὶ φιλοδίκους, *maiores noſtri uero Tricones uocarũt, quaſi litiũ & cõtrouerſiarum exſufflatores, qui uel nodũ in ſcirpo quærant, quid eſt quod non in dubiũ reuocetur? quæ uox de qua nõ ambigi atq; diſceptari poſſit? nam ut omittam infinitas quæ cõmunes uocãtur dictiones, ualetudinẽ, dolũ, aliaſq; ſubſtitutionũ hæreditariarũ uoces,* (l. 1. de dolo. l. qui uenenum. de uerb. ſign.) *quæ cõmumes nũcupãtur, quod eſt quod mutata pronũciatione, nõ idẽ uerbũ affirmet, irrideat, admiretur, exprobet, indignetur,*

indicet, eleuet, interroget? nec immerito quidem Flaccus hanc iuriſprudentiæ uim oſtentans ait,

Ius anceps noui, cauſas defendere poſſum.

Eſt igitur iuris ἀμφίβολον *ſeu ambiguum, cũ in lege alióue ſcripto unde ius quæratur, uerbum eſt aliquod, quod multiplicẽ ſenſum accipiat. id accidit, uel in ſingulis uocibus uel coniunctis. Ex ſingulis ambigitur: Primo ſcriptione, ut ex notulis illis foręſibus quas iuris interpunctiones antiqui nominarunt, quales ex lege* X I I *tabularũ, Qui iniuriam alteri faxit,* V. Q. A. L. C. E. *quod ſignificet, Viginti quinque aſſes legitime cõdemnatus eſto. etſi per aliam quandam* ἀρχόνιαν *in alias dictiones contorqueri poſſit, uelut in iure põtificio* L. N. *ferias, quaſi luces nefaſtas deſcribebant: cum tamen apud iudices iiſdem literis,* N. L. *interlocutio, non liquet, deſignaretur. Sic* P. *Rutilium Rufum celebrem iuriſconſultum cum ambitus accuſaret Aemilius Scaurus, repulſam paſſus, cum Cõſul Rutilius factus eſſet, ex illius tabulis.* A. F. P. R. *actor interpretabatur, actũ fide Publij Rutilij. Defenſor autem, ante factum poſt relatum exponebat. qua in re ſtatus iuridicialis ex amphibolia fuit. meritoq́; dictionũ illa breuicula, tanquam litigioſa ſyllabarum aucupia fuere damnata: quæ tamen ſi accidant, uoluntatis coniectura ex uſu ſcribendi, ſimilibusq́; ſuſpicionis rationibus explicanda erunt. Secũdo quæſtio ambiguitatis ex ſingulis naſcitur dictionibus, per æquiuocationem, quum homonyma dictio proponitur, quæ uoce pluribus communis ſit, non ſignificatione. ut ſi quis taurum promittat, utrum enim quadrupedem, an hominem, an radicem, an mõtem, an auem, an ſignum cæleſte deſignare uoluerit, ambigi poteſt. cum tot rebus tauri dictio cõueniat. Quocirca ut Celſus cõcludit, in ambigua uoce legis, alteriúſue dicti, ea potius eſt accipiẽda ſignificatio, quæ uitio caret: ne abſurdus, ne peregrinus, ne*

l. 2. paragr. ſi quid uero ambiguũ. de uete. iu.

l. uni. paragr. ſi. de emẽ. co.

Gl. l. quoties. de uerb. obli. l. ambigua. de legib.

unius

minus æquus, aut inſolitus inducatur intellectus. tũ uero quoniã (ut Theophraſtus ait) iura cõſtitui oportet in his quæ ἐπὶ πλεῖστον accidunt, id eſt q̃plurimum: non in his quæ ἐκ παραλόγου, id eſt l. antiqui. de *præter opinatum: quod enim admodũ raro contingit, contemnere* petit. here. *ſolent legiſlatores. Tertio, in uocibus uniuerſalibus ac generalibus ambiguitas accidit: ut ſi quis promittat animal, & uelit interpretari ſe muſcam debere: aut ſi fundum ſpondeat, & glebulã intelligendum contendat. Quocirca concludunt iuriſconſulti, in* No. l. quoties *generibus ſubalternis, quod minimum ſit, deberi: in ſummis uero* in ſtipulatio- *generibus, cum ad nihilum reduci poſſint, irritum fieri dictum.* nib. amb. de uerb. oblig. *eademq; penè forma amphibologiæ, in his quæ ſpecie ſunt ſimilia. ut ſi quinque talenta legata ſint, quæraturq; qualia legẽtur,* l. numis. de leg. 3. *Attica uel Euboica, Romana uel Babylonica, equidem coniiciẽdum ex phraſi loquentis, uſúque regionis erit. In amphibologijs autem maxime ſententia legis eiúsue ſpectãda eſt, qui eas protulit, ut Metianus ait. Sic quum ſtipuler equum Carthagine dari: in conſultationem uenit, quæ ſit accipiẽda Carthago, cũ duæ ſint Carthagines, illa uetus Africana, & altera in Hiſpania ab Aſ-* l. ubi. de reb. *drubale condita. Sed iſtæc interpretari conueniet ſecundum quod* dubijs. *credibile ſit actum, & in contrahẽdo cogitatum. ut quia hæc uicinior, aut noſtræ iuriſdictionis, & ſi quæ ſimilia ſuppetent ſenſus iudicia. Qui enim ambigue loquitur (inquit Flauius Proculus) id loquitur, quod ex his ſignificãtur ſenſit. itaque conſultus,* l. nepos pro- *cum quis ita promiſiſſet, Cum potero, tibi erũt doti centum. quo* culo. de uerb. *modo id ſit interpretandum, ære alieno deducto, an extante: Re-* ſign. *ſpondit interpretationem ad id quod actum eſſet redigendam, propius autem hoc ſenſiſſe deducto ære. Poſtremo fit amphilogũ quaſi per ὑφὲν καὶ διαστολήν, id eſt dictionum ſubunionem, aut diſtinctionẽ, cum alia integro uerbo ſignificatio eſt, alia diuiſo, ut in—iuſtũ, inhoneſtum, teſta—mentum, quamuis. quod genus*

ex coniecturis eſt explicandum, ut omnis quidem ambiguitas. Etiam ſi ueteribus diſtinctio quædam placuit, ut in legibus, actionibus, exceptionibus ac teſtamentis, ambiguitatem ſecundum proferentis intentionem exponendam eſſe, ne qui in actis adeò grauibus ac ſolennibus locutus ſit perturbatius, ſpe ſua fraudetur: at in commercijs in quibus libere quiſque profatur, atque in pactis & contractibus contra proferentem interpretandam eſſe. dolum enim præſtare debet, qui non tantum in eo eſt qui obſcure loquitur, in cuius fuit poteſtate legem apertius conſcribere, ſed etiam qui captioſe diſsimulat. nam in omnibus iuris quæſtionibus, res ex bono & æquo interpretationem recipiunt, ut ait Caius, *quamuis nonnullæ ſint iuris partes, in quibus tantus benignitatis & humanitatis odor aſpirat, tantus fauor indulgetur, ut pro illis omnis ambigui ratio uideatur inclinare. ut pro dote reſpondere in ambiguis potius ſtatuitur: & pro libertate ſimilibúſque pietatis cauſis omne ſenſus aut uocis ænigma reſoluendum uenit. Sed hoc in uniuerſum magis laudatur, quod ait* Valerius Maximus, *ut in ſanctis iuſtitiæ penetralibus ſemper æqui, probíque reſpectus cum religioſa obſeruatione uerſari debeat.*

Si quis intereſt. de iudi. l. ueteribus. de pact. — *l. in his. de cond. & de.* — *l. cū pater dotem. de pact. dotal.* — *l. fi. de com. ſeru. C.*

SECVNDVS *amphibolia articulus eſt, quum ex coniunctis uocibus & oratione plura ſignificante dubietas, errórq; obijcitur. quod quidem uarijs procedit ex cauſis. aut enim ex caſuum confuſione, aut implicatione, adiectione, aut uitioſa uerborum collocatione, relatione, uel tranſmutatione, modíſq; ſimilibus fieri ſolet. Caſuum confuſio pluriū coniunctione ac cōcurſu paritur, ut in teſtificatione:* Clodium Milonem *inuaſiſſe uidi. &, is te fecit ſeruum exiſtentē liberū. Ambigitur enim an* Milo Clodium, *an* Milonem Clodius *inuaſerit, & an fecerit è libero ſeruum, an contra: quæſtio fit ex dubia adiectione. ut in* XII *tabulis,*

.ob carmen. de teſtib.

lis, qui malũ carmen in quenquam incantaſſit. hic enim malũ car mẽ pro indocto poëmate ſumebat C. *Cæſar, ut eſt apud* Flaccũ:

Si mala condiderit in quenquam carmina, ius eſt,
Iudiciumq́; eſto ſiquis mala, ſed bona ſiquis
Iudice condiderit, laudatur C*æſare, ſi quis*
Opprobrijs dignum latrauerit, integer ipſe.

Sed cum legis fuerit intentio contumelioſum poëma punire, uerſutior C*æſarea eſt expoſitio*. *Soluendarum autem interpretandarúmque eius generis quæſtionum, facultas eſt ex præcedentibus uel ſequentibus, ex quibus aut dubie colligitur cuiuſcunq; uoluntas orationis*. Vt *in lege*: A *quibus petita erit hæreditas, ſi aduerſus eos iudicatum ſit, pretia rerum quæ ex hæreditate, ad eos peruenerint: & ſi eæ ante petitionem perijſſent, reſtituito.* Q*ui cauſas habent exiſtimandi res ad ſe pertinere, quo ad locupletior factus ſit, damnas eſto. uerbũ hic perueniſſe, dicitur, quũ non perſtiterit: etſi ſit* ἀμφιβολόν, *quid enim ſi acceptum pretium perdidit, cõſumpſit, donauit? an perueniſſe dicatur, cũ non perſtiterit?* A*tqui ſequentem clauſulã ſequendã eſſe clarum eſt, ut intelligamus ſi locupletior factus ſit*. R*elatione, uitioſáque locatione fit ambiguitas, ut in illo iuris reſpõſo.* A. C*aſſellij qui de cõmuni diuidundo cõſultus, conſultori dicẽti nauẽ diuidere uolo:* Perdes, *inquit: bicipitem enim relationem capit, uel cauſam perdat, uel nauẽ ſcilicet deſtruẽdo. Sic ſæpius in his uocibus quis quæ quod, & ſuus ſua ſuũ accidit ambiguum, ut in elogio*. H*æres meus* Terenti*æ uxori* X X X *pondo uaſorum argenteorum dato quæ uolet: illa uaſa pretioſa & magnifice cælata petit:* H*æres ſe, quæ ipſe uolet debere dicit*. Hinc *legalis ambigui fit conſtitutio, an quæ uolet hæres, an uxor, ſentiendũ ſit? quam ſpeciẽ à iuris autoribus deciſam, queẽadmodũ & pleriſque alijs in dubijs conſtitutum quid ſit iudicandũ ſcimus*. T*rãſmutatione fit ambiguum,*

l. Titia. §. 1. de uerb. obli.

l. utrũ. de petit. hered.

l. cũctos quos de ſum. trinit.
l. pupillus. de uerb. ſign.

ut cum in eum dictum eſt, qui antea ſtultiſsimus eſſet habitus, & poſt amplam hæreditatem acceptam primus ſententiā rogabatur, cuius hæreditas eſt, quam uocant ſapientiam, pro illo facultas eſt. Sed ambages iſtæ coniectura diſſoluūtur, ut eſt quæq; uoluntas ambigua elicienda, ac enucleāda omni probabilium iudiciorum commentatione, quemadmodum Conſtantini *lege præceptum eſt.* Implicatione *quoque fit hæc quæſtio, quam* ἀντιστρέφοντα *iuriſconſulti cognominarunt, ut quadraginta poſsidens, trecenta legat, ac tibi fundum centum aureis dignum ſub conditione reliquit, ſi legi* Ealcidiæ *locus non ſit. utrumlibet enim cōſtituas, uerum eſſe falſum uidebitur: ſi legatum ualere dicas, falcidiæ locus erit. ideo non debetur: ſi legatum ualiturum non eſt,* Falcidiæ *non erit locus. hæc argumenta* Latini *reciproca uocarunt, uelut & de* Prothagoræ *diſcipulo ſtatuta mercede tradunt, cuius dimidium ſtatim ſoluit, reliquum dare pactus, quo primo die cauſam apud iudices orando uiciſſet: cum uero doctus cauſas non reciperet ne perſolueret,* Ex *pacto magiſter egit inquiens, utroque modo fiet ut ſoluas, ſi contra te ſit iudicatum, ex pacto debebitur:* Cōtra *diſcipulus, ſi pro me iudicatum ſit, nihil debebitur, quia uicero: ſi contra me, ex pacto nihil debeo. quæ captiones æquitatis uoto ſunt dirimendæ, quo diſpoſitio potius ualeat quàm pereat.* Huius *prope tractatus eſt quod* Græci *dixerunt* ἄπορον, *ambigui nempe genus ex facti perplexitate, cuius ſolutio perdifficilis & inextricabilis ſit, ut in capite legis centeſimo primo fuit:* Quod *iudicum maior pars iudicaſſit, ratum eſt.* Ex *ſeptem cognitoribus duo pecunia, totidem exilio mulctandum, tres capite plectendum pronunciarunt. petitur reus ad ſupplicium, & contradicitur. quæſtionis eſt, quæ ſit maior pars mulctantium an plectentium: & quidem in pari iuris ambiguitate benignior pars obtinuit.* Síque *teſtamento*

l. fi. ſamil. erciſc. C. & §. 1. in authē. de teſta. imp.

l. qui quadringenta. ad leg. Falcid.

l. cum in teſtamēto. de reb. dub.

Titius ex duabus uncijs, Caius ex parte una, Meuius ex parte una, Seius ex duabus partibus hæredes ſunto. in dubium uenit partium ratio, nec enim ad aſſem formata eſt inſtitutio, ſed uero ſimilius æquiúſque uidetur, ut Titius duas uncias habeat, cæteri ceu ſine partibus inſtituti inter ſe diuidant: ita ut Seius quincuncem, & alterum cæteri habeant. ut quadam uia partiamur, atque ex ſequentibus antecedentibúſque ſingula momenta per comparationem adaptemus, omnéſque contentiones & ambages expellantur: eſt enim id legum auctoribus enixe curandum, ne lites legibus nutriantur, ut ad Nicoclem *ſcribit* Iſocrates, *ſed potius ut omnes dirimantur controuerſiæ. itaq; præcipuã iſtam eſſe legiſlatorum curam prædicat eſſe* Iuſtinianus *litium dirimẽdarum conſilium dare. Nec uero prætereundum eſt in iure quæſtionis genus* ἀμφίδοξον *quoddã eſſe, ubi uariæ tradutur iuriſconſultorũ opiniones, nec ulla fixo pede ſit commẽdata. quocirca poſtremã ſe quẽdã* IVRISCONS. *monent, quoniam ut in hyppolito coronato* Euripides *ait,* σοφοῖς αἱ δεύτεραί πως φροντίδες σοφώτεραι, *id eſt apud prudẽtes homines poſteriores ſentẽtiæ ſapientiores habentur. Ita ambiguum diſſoluenti uaria ſunt ſenſuum iudicia diſquirẽda, uidendáq; repugnantia, ſequentia cernẽda, potiſſimum uero diſpoſitionis cauſæ ponderandæ, & uter ſenſus rectius, honeſtius, lege, more, natura, æquo, bonoq; cõueniat, conſyderandũ, & ſi quæ cauſarum, rationũ & circunſtantiarum, quas* περιστάσεις *Græci dicunt, aſſumptione præſtentur.*

l. ſi pars de in offi. teſta.

l. ſi ita de hæred. inſtitu.

§. item uerborum de inutil. ſtip.

arg. l. ſi. de cõſtitu. pri.

De ſtatu antinomico. Cap. XIII.

IAM *ſubdifficilis & ſcopuloſus, auditor optime, ſequitur locus quæſtionum, quæ ex pluribus legibus, ſcriptíſq; procedunt: imprimiſq; ex legum contrariarũ conſtitutione, quam* ἀντινομίαν *Græci dixerunt, nempe cum uterq; litigantium ſuam legem ha-*

bet, uel quoddam ex lege aut alio dicto ius quo negotium ſuum tueatur. Ex facti namq; qualitate caſuq; perplexo colliſio ac pugna legum contrapoſitarum oritur. Quocirca pleroſque ſcimus eleganter hallucinatos, qui antinomiam uſurpent legum à facto abſtractarum diſcrepantiam, & quandam ex textu ipſarum ἀντιπάθειαν: qua quidem acceptione nihil ineptius, ut Quintilia-

Paranomia. nus perhibuit: hæc enim παρανομία potius eſſet dicenda, ab eo quòd Græci παρανομεῖν dicunt legem aduerſam legi ferre. Siquidem nunquam lex eſt legi cõtraria ipſo iure, alioquin ſi extra factum aduerſæ & ex diametro ſint oppoſitæ, alteram abrogatam eſſe, demortuámque neceſſum eſt, atq; ideo nomen amittere legis. hinc L. Valerius Flaccus mortales leges cognominat, quæ rerum ac fortunæ quibuſdam quaſi fluctibus, alijs nempe moribus, ſubindeq; legibus euariantibus obruantur: ac Q. Hortenſius mortuas ſolitus eſt dicere, leges antiquatas. Atqui, teſte

Antinomia. Fabio, antinomia dicenda eſt legum ex euentu cauſarum complicatarum negotiorúmque (ut ſolet accidere) perplexitate conflictatio. Sic dudum apud Athenienſes querebatur aduerſus Leptinæ legem Demoſthenes, quòd tot eſſent inter ſe reluctantes leges, ut etiam ea de re creati magiſtratus, qui eam conciliarent repugnantiam, ob infinita caſuum diſſidia, certum quid conſtituere nequiuerint: ſic enim traditur à Plutarcho. Solon cum leges tuliſſet quæ contrarios ita ſenſus multos reciperent, uim auxiſſe iudiciorum: omnem namq; controuerſiam ad iudices deferre neceſſum fuit, qui legibus quodammodo interpretandis præeſſe uiderentur, quod & illis carminibus ſignificauit:

Aſt ualida amborum muniui pectora parma,
Vincier & neutrum uincere neue tuli.

L. 2. de uete. iure. enu. §. Quod ut omnibus populorum legibus, ita Romano iuri fatetur accidiſſe Iuſtinianus, qui ſe Romani iuris ſanctionem comperiiſſe inteſtinis

ſe inteſtinis uacillantem prælijs atteſtatur. Varijs itaque modis leges aliáue iura collidi ſolent. cum autem iura iuribus, leges legibus expediat concordari, ſciendum eſt aut pares inter ſe cõfligere leges, aut ſecum ipſas, aut impares, diuerſas, aut ſimiles, & ſi quæ ſint aliæ diuerſi iuris figuræ. Pares inter ſe colluctantur leges, *ueluti lex illa :* Dotis *cauſa ſemper & ubique præcipua eſto. & altera lex: Summa quæ pro religione facit, ratio eſto. in quibus cum dignitatis & prærogatiuæ collatio uerſetur, obſeruandum erit utra lex ad maiores res, ideſt meliores, æquiores & honeſtiores pertineat. illa enim potentior eſt, quæ ad diuina uel publica ſpectet, quàm quæ ad humana uel priuata. ideo ſi cum dotali hypotheca funeraria concurrat actio, æquius ſane ſit ut impenſas funeris etiam dos ſentiat. utra quoq; cauſas magis neceſſarias habeat, reſpiciendum. ut ſi teſtator reliquerit alicui res quas uendiderit, aut ſine quibus non ſit unde funeretur. ut quidem urgentius, ita potius eſt teſtatorem de ſuo funerari, quàm alios legata conſequi. rurſumq́; ſi legatarius indemnis ab hærede reddi non poſſit, ſatius eſt legatarium non lucrari, quàm emptorem damno affici: urgentior namq; ratio eſt quæ de damno uitando certet, quã de lucro captando, ut in pari cauſa potior eſt conditio poſſidentis.* Secum *ipſæ confligunt leges, cum ex ſingulis utrinque naſcitur contentio, ut cum ex lege dotem cunctus præferente duæ nuptæ agunt, nec dos ambabus integra poſſit eſſe, aut ex illa lege: Stuprator quam decepit dotato, ac ſi pater uolet uxorem ducito. patres duarum ſtupratarum nuptias petunt, cum legibus* Romanorum *duas uxores habere uetitum ſit, quãuis quatuor* Thraces *duxerint, &* Mauris, Numidis, & Cathe*is* India*e quam plurimas habere licuerit. quocirca ſtatuitur, ut quæ prior ſit tempore, potior ſit iure: & utra ſit iuſtior petitio, utri maior fuerit iniuria, quæ nobilior aut obſcurior, quæ ius*

l. unica de in off. dot.

l. 1. ſolu. mat. l. ſunt perſonæ de religioſ.

l. neratius & l. ſi mulier de religioſ.

l. Verum parag. ſi. de minor.

c. 1. de adult. & ſtup.

l. eũ qui duas ad Leg. Iu. de adult. C.

*expreſſius habeat: & ſi quæ ſunt ſimiles qualitates, perpenden-
dum. Impares confligantur leges, cum multa ſunt quæ earum al-
teri poſſint opponi, alteri nihil niſi quod in lite eſt, ut lex* XII.
Tabularum. Vti quis legaſſit, ita rei ſuæ ius eſto. & lex Falci-

l. uerbis legis de uerb. ſig.

*dia: Ne minus quam partem quartam hæres capito. teſtator filiũ
hæredem inſtituit, & omnem hæreditatẽ legatis exhauſit. quæ-
ritur an quod latiſſima dandi poteſtate cautum eſt, falcidiã ſub-*

l. 1. ad leg. Fal.

*uertat. equidem contra legem teſtandi multa poſſunt obijci. quid
enim ſi leget alicui ut nudus in foro ſaltet? aut ut* M. Feruus Me-
*diolanenſis præmia legarit ei, à quo fuerit peregregie uitupera-
tus? at de quarta ſcripta nõ poteſt: niſi teſtatoris diſpoſitione tol-
li. Ideo attẽdendũ eſt, ut monent iuriſperiti, utra lex aliáue diſpo-
ſitio generalis, utra ſpecialis, utra uniuerſaliter in omnes ſcripta
uideatur, utra in res ſingulas certas & particulares: nam in to-
to iure, ut* Papinianus *qui legalis ſcientiæ* Theſaurus Spartiano
uocatur, ait, generi per ſpeciem derogatur, & illud potiſſimum

l. Sanctio de pœn. l. in toto de reg. iu.

*habetur, quod ad ſpeciem directum eſt, præferendumq́; incerto,
quod plus certitudinis habebit. ut ſi quis tibi duas ſtatuas mar-
moreas leget, & deinde marmor omne relinquat, præter duas,
nulla ſtatua marmorea legata tibi eſt. Quod ſi marmor omne ui-
cino legauerit, & tibi ſtatuam marmoream, detracta ſtatua ſpe-*

l. 1. de auro & arg. leg.

*cialiter legata, reliquum uicino debetur. Quocirca etiam uiden-
dum utra lex poſterius lata ſit: nam ut* Herennius *iuriſconſul-
tus ſcribit,* μεταγενέστεραι διατάξεις ἰσχυρότεραι, *id eſt poſteriores
conſtitutiones ſunt potentiores. ut lex* Domitiani: *Vites planta-*

l. fi. de conſti. princip. l. 2. de cenſ. & cenſitor. lib. xi. c.

tæ excinduntor, neue in poſterum plantator. Dein Aurelij Probi
lex fuit; V*ineas habere uinúmq; ſibi facere,* Gallis, Hiſpanis,
Britannis *atque* Pannonijs *ius eſto. hæc plane ſuperiorẽ abrogari
conſtat, ſed ſpeciatim apud certos tantum populos. Generatim
uero* Lege Valentiniani, *qua ſi quis uitem ſucciderit ſancitũ fuit,*

ut

ut ultimo afficiatur ſupplicio. Sed an Valentiniani *lege priſtinũ ius ſacrificandi ex lege* Numæ *reſtituitur, qua Dijs libare ex uite imputata nefas fuit?* Et quidem Numæ Pompılij *legẽ cum in res particulares & diffinitas directa ſit generali ſeu uniuerſali non imminui certum, eſt quod ſpecies generi deroget: eóque magis quòd uetuſto legum capite cautum eſt: Si quid ſacriſancti eſt quod non iure ſit rogatum, eius hac lege nihil rogatur. cum autẽ ſacrificandi ius expreßim non fuerit abrogatum, illæſum reſtituiſſe uidetur.* Eadem *uero in priuatorum pactis ac contractibus eſt accommodata, ut poſteriora ac nouißima prioribus, uelut obiecta fuligine derogent, ut puta:* Cum *uenderes fundum legem ita dixiſti, uti optimus maximus eſt. liberum* Q. *Scæuola præſtandum interpretatur: optimo enim iure ea ſunt prædia, quæ optima cõditione ſunt: libera meliore iure quàm ſerua ſunt: immunia quam obligata. Sed quid cum poſt adiecta ſit clauſula:* Ius *fundi per dominum deterius factum non eſſe. quæſtionis eſt, quid præſtandum ſit, quum poſterior pars priorem reſtringere uideatur? & uerius eſt ne quid aliud præſtare debeas, quàm ius fundi per te deterius factum non eſſe. priorem .n. ſcripturam ſequens limitauit.* Ita *multifariam à contrarijs argumentari, controuerſáſque iuris quæſtiones licet diſſoluere.* Fit *etiam legum cæterarúmque diſpoſitionum ſimilium aut diuerſarum conflictatio. Similium, contra quas nihil opponi poteſt, niſi lex altera de re ſimili. quocirca eſt animaduertendum, quæ magis ſit comprobanda, utra ad res (ut ſupradictum) maiores, magíſque neceſſarias pertineat.* Et *quoniam (ut ait* Herennius) Lex *aut iubet, aut uetat, aut permittit, aut punit: conſyderandum utra permißiua uel prohibitiua, pœnaria uel imperatiua: quod enim permittitur, ſpontaneum: quod prohibetur uel imperatur, eſt neceſſarium.* Lex *fuit,* Qui *in agone uicerit, fortiterúe*

l. Cum uenderes. de contra. emp. l. pe. de euictio.

l. ſi cum fundũ de uerb. ſig.

l. legis uirtus de legib.

pro Rep. fecerit, coronator. altera: Reliquator ne magiſtratus, eſto. nec niſi relatis ratiōibus coronator. Qui à Senatu τειχοποιὸς creatus erat, ideſt curator muris reficiendis, pecunia ſua eos refecit. pro iſto quia fortiter pro Republ. feciſſet, Ctheſiphon in Theatro coronam petijt: huic aduerſatus eſt Aeſchines, quòd nec redditis rationibus ſatisfeciſſet, nec concionis locus ex lege ſeruatus eſſet. ex legibus eſt cōtrouerſia, quæ inde diluitur, quòd maior ſit ratio ſingularis in Rēp. meriti decorādi, quā rationū repetendarum ab eo qui ære proprio muros refeciſſet. Itidémque lex, Minus audiētem dicto, liceat abdicare filium. & altera, Muros ne tranſcendito, aut capitale eſto. pater iuſſit ut aliquo muros tranſilires: recuſaſti, abdicauit: in conſultationem uenit, an iure ſit abdicatus? at cum grauioris authoritatis ſit ſanctio, conceſſione pœnariam legem præpollere dicendum eſt. nā quæ uetat, quaſi per ὑπεξαίρεσιν quam Græci uocant, id eſt exceptionē, reſtringere uidetur illam quæ iubeat. Cum autē leges pœnam expoſcunt, ſi non paritum ſit, utra maiorem quærat, obſeruandum. nam quæ diligentiſſima, præſertim ſequenda uenit. ut Lex Pontificia: Stuprator deceptam dotato, ac ſi pater uolet, uxorem ducito. Cæſarea: Stuprator non uilis dimidium bonorum luito, uilior uerberatus, relegator. Cæſarea quia acrior & conſultior, obtinebit. Par quoque in pactis & conuentionibus priuatorum accidit cōcertatio, ut ſi duo inſtrumenta eodem die confecta reluctantia proferantur, utrùm obtineat? duo pacta de eadem re inita, utrū uincat? Itidem quod diligentius, quod promptius, & expreſſius, quod æquiori & honeſtiori de cauſa conceptū erit, ſolet præpollere, tanquā certius, conſultius atq; probatius. quoniam incerto quod plus certitudinis habeat, præferendum eſt. Diuerſæ diſcrepant leges, quibus etiam citra legem nominatim oppoſitam contradici poſsit: ut, Contractus ex partium conuentione legē accipiunto.

l.1.de debitor. ciuita.

l. ſiquis uiolauerit de re. diu.

l. ſi non lex de hæred. inſt. l. ſi lius fa. §. fi. de dona. l. alienatum de uerb. ſign. gl. l. hoc genus de condi. & demon.

Paragr. 2. de publ. iudic.

no. l. 1. ſolu. matri.

l. 1. §. ſi conueniat. depoſi.

accipiunto.quid ſi flagitium pactus ſis, aut quempiam ſtipulatus ſis hoſtem & inſidiatorem cuiuſdam innoſcentis fore? ut Amilcar Annibalem *obſtrinxiſſe iureiurando fertur, ſempiternum* Romanorum *hoſtem fore. aut alia id genus infinita, quæ non ſolum legibus, ſed bonis moribus etiam improbata ſint. nam quæ facta lædunt, exiſtimationem, uerecundiam, honeſtatem, pro nõ conuentis habenda ſunt, ceu abſurda & impoſſibilia. Sic in lege:* T*eſtator diſponito, & erit lex. quid ſi teſtator diſpoſuerit ut ſe inſepultum* Hircanorum *more beſtijs abijciant, aut* Pæonum *inſtar in ſtagna uel mare proijciant hæredes? aut ſi ſub conditione, ſi homicidium patrarint, inſtituat? enimuero præter multas leges uirtus & honeſtas reſiſtunt; quum ut* Iſidorus *ait, omnis lex eſſe debeat honeſta, iuſta, poßibilis, naturæ moribúſq; congruẽs: aliàs tanquam lex illegitima, & à ſe diuerſa alienáque cenſetur. In ſtatu quoque antinomico conſyderatur ius confeſſum, quæ diſpoſitio magis ſit comprobata quæ ratio præponderet ut ante monuimus. Si dubium, aut alteri, aut inuicem utrique de iure ſit quæſtio, ut* Rheginorum *lex eſt:* T*eſtator coniugi quicquam relinquere ne potis eſto.* Romana *lex:* V*ti quis legaßit, ita rei ſuæ ius eſto: pro parte ne inteſtatus eſto.* Rheginus *qui* Rhegij *ac* Ro*mæ patrimonium haberet, uxorẽ hæredem* Romæ *inſtituit: hinc legalis altercatio inter agnatum proximum & uxorẽ. Lex enim ne ꝑ parte teſtatus ſit, utriq;, quod aiunt, oculos cõfixit. Sed quia dubiũ, ad æquitatis amußim examinandum ſit, ut monet poſtremo libro* Quintilianus, *conſentítque* Iulius Paulus: *Cum uero is hæredem uxorem inſtituit, iure* Romano *teſtari uiſus eſt uoluiſſe: idcirco clementius eſt morientium uoluntates, uotáque tueri, quàm oppugnare. qua in re ſummos* Iuriſconſultos *ſemper nobilitauit antiquitas, quòd iuris diſciplinam nunquã ab æquitate ſeiungerent: & (ut ſuperiores mittam)* Flauius Proculus, *à quo*

Parag. diſpo. nat de nupt. in auth. l. qui dam de conditio. inſt.

C. erit. 4. diſtin.

l. in omnibus de reg. iur.

parag. ſi. de orig. iu. l. chorus de lega. 3.

Proculiani quarũdã ætatũ claßici iureconſulti denominati ſunt, adeò fuiſſe φιλιπικὸς à ſuis diſcipulis commendatur, ut in hiſce iuris nodis & intricationibus ſæpe quid ſenes ruſtici ſentirent, aduerteret, eorúmque iudicium ſequi non erubeſceret. quod, ut M. Fabius dicebat, æquitas optimo cuique notißima ſit, & illa naturæ ſimplicitas legibus ac rationi ſit amicißima. qui uero pertinacius quibuſdam legũ ſcribliginibus meriq; iuris diſtortis tendiculis inhæreat, difficile iuris animã æquitatẽ ſeruare poßit.

De ſtatu iuris ratiocinatiuo. Cap. XIIII.

l. Si ſeruũ paragr. ſequitur de uerb. obl.

POSTREMVS Conſtitutionis Iuridicialis tractatus eſt, quem ſtatum ratiocinatiuum dicunt, totius artis profecto cã-pus ingenioſißimus, in quo ſummus iuris athletarũ labor & honor uerſetur, & quo in genere, inquit P. Celſus, ſæpe ſub authoritate Iuris ſciẽtiæ pernicioſe erratur. ſicuti lapſum P. Craſſum, Mutianum ſummum iuriſconſultum P. Scæuolæ Pontificis fratrẽ ferũt, cum acceßiſſet ad eum ruſticanus quidã conſulendi cauſa: atque ad eum negotium ſuum retuliſſet, reſponſumq; ab eo uerũ magis quàm ad rem ſuam accõmodatum abſtuliſſet: ut illum triſtem Q. Galba qui prope aderat uidit, nomine appellauit: quæſiuítque qua de re ad Mutianum retuliſſet: ex quo ut audiuit, cõmotúmq; ut uidit hominem, ſuſpenſo inquit & occupato animo, Mutianum tibi reſpondiſſe uideo. deinde manu Mutianũ præbendit, heus tu inquit, quid tibi in mentem uenit ita reſpondere? tum ille ita ſe rem habere ut reſpondiſſet, authoritatéque multorum confirmaſſe, id in S. Cati tripartitis, & in P. Mutij commentarijs, ſcriptum protuliſſe. Galba autem alludens, uarie & copioſe multas ſimilitudines colligere, multa pro pari æquitatis lãce cõ-

Publiũ Craſſum reſtituc. §.

ferre: tãdemq; Publium conceßiſſe Galbæ diſputationẽ ſibi probabilem uideri. Ita iuris quæſtio ex ratiocinatione cõſtat, cum lis

ſine

ſine propria lege uenit in iudicium, quæ tamẽ ab alijs legibus ſimilitudinem quãdam rationis & æquitatis aucupatur. & ex eo quod ſcriptum eſt, id quod incertum eſt, ducit: & rationis collectione, quam συλλογισμὸν Græci uocant, ſuper ſcriptum extendit ac ampliat. Quin hanc tertiã iuris partem orator ad Trebatium ſtatuit, poſt legitimam nimirũ & morum æquitatem hanc quam conuenientem appellat, diſponit: quæ nec lege, nec more uideatur expreſſa, ſed parili ad aliam legem ratione cõſletur & effingatur. non enim omnes articuli legibus comprehendi poſſunt, ut ait Iulianus, cum plura ſint negotia quàm rerum uocabula. ſed cum in aliquo ſententia illarum eſt manifeſta, ad ſimiles quoque cauſas extendi conuenientius eſt. Iuris autem ratiocinatio quinquepartito cernitur. Nam quæritur, an quod ſemel ius eſt, idem & ſæpius? an quod in uno, idem in pluribus? an quod ante ius fuit, etiam poſt? an quod in toto, idem in parte? an quod in parte, idem in toto? Primo quæritur, an quod ſemel ius eſt, idem ſit ſæpius? Lex: famoſos latrones in locis ubi graſſati ſunt, furca ſuſpenditor. Harpalus inſignis latro ſuſpẽſus eſt, ſed rupto fune elapſus. an ad ſuſpendium repetendus? Lex: Quominus in loco in quem eſt ius mortuũ inferre, liceat ædificare, uim fieri ueto. Sed an monumentum nouum tantum facere ſanciatur, an & collapſum reficere? Quocirca perſpiciendum eadémne ubique legis ſit ratio, quid ueriſimile ſit legiſlatorem, ſi de ea ſpecie rogatus fuiſſet, reſponſurum fuiſſe? an non leges ſi uobiſcum loqui poſſent, pariter ad interrogata reſponderent? ita ex eo quod ſcriptum eſt, ad id quod ſcriptum non ſit, æqua coniectura perueniendũ. nemo enim res omnes quæ poſſunt accidere per ſcripturam, amplecti poteſt: ſed is commodiſſime ſcribit, qui curat, ut quædam ex quibusdam intelligatur: ideo & ad furcam reducendus ille. & quia eadẽ eſt ratio, reficere monumentum licebit. eſt enim, ut ait iuriſconſultus,

ab his. de origi. iuris. p Lucio. ex lib. 1. de orato. C.

Conueniens æquitas.

l. non poſſunt. de legib.

l. Capitalium. paragr. famoſos depen.

l. 1. paragr. ſi. de mort. inf.

l. cum ratio. de bon. dam.

ratio tacita quædam lex: indéque νόμος lex dicitur, quod νοῦς rationalis ſenſus ſit, ut ait Plato. *& quoniam legem cõmendat ratio, ait* Iſidorus, *cum lex ratione conſiſtat, iam lex erit dũtaxat, omne quod ratione cõſtiterit.* Lex Oppia: Ne *plus ſemuncia auri mulier habeto, neu ueſte uerſicolori utitor.* Rogata lex *ardore belli* Punici *cum defeciſſent ſocij, urbẽ obſeſſurus uideretur* Annibal, *ſumma eſſet publicæ pecuniæ penuria: undique ad ciuitatis ſubſidia colligendæ eſſent pecuniæ: quid florente pace, beatáque* Repub. *cum omnium ordinum ſtatus feliciſsimus ſit? num & cultiores eſſe decebit mulieres? equidẽ tandiu lex manſura eſt, quãdiu cauſa ſcribendæ legis manſiſſet. Sic teſtamento cum decẽ annuli legati eſſent uxori, & ſi eos perdidiſſet, alij rurſus legati: conſultationis eſt, an ſi ſæpius perdiderit, ſæpius ei ſarciatur fideicommiſſum? ſed cum ratio deficiat in infinitum efflagitandi, ceſſabit, & facultas plus quàm ſemel perditos expetendi.* Hinc *& argumentum à pari ratione ducitur.* Quoniam *iudicij defectu impubes teſtari nequit, ſic nec maior factus, furioſus, aut delyrio repueraſcens.* Quoniam *uſus authoritas fundi bienniũ lege eſt, ſit etiam ædium. uerum ædes in lege nõ appellantur: at quũ cæterarum legum, quarum annuus eſt uſus par ſit ratio, ualeat æquitas, quæ paribus ĩ cauſis paria iura deſiderat atq; requirit.*

[Margin: Lex à mente dicta.]

[Margin: c. cum ceſſante. extra de appel. & arg. l. bone. §. hoc. de uerb. ſign.]

[Margin: l. adigere. paragr. quãuis. de petit. hæredit. l. quod dictum. de pac.]

SECVNDO *ratiocinationis mouetur quæſtio, an quod in uno ius, idem ſit in pluribus.* Lex Licinia: Ne *quis agri plus quàm quingẽta iugera poſſideto.* C. Stolo *filium emancipauit, ut cum illo mille poſſideret, accuſatur: an quod in ſolo patre idem & in illo & emancipato filio? plane cum eadem perſona ſint pater & filius, eadem ratio atque diſpoſitio uidetur. Sic lege* Selybriana *atque* Cornelia *ſumptuaria certum fuit rebus pretium impoſitum, ueluti,* Ne *quis frumenti modiũ pluris quinque aſſibus uẽdat, ſub pœna cẽtum.* Quidam *eodem die pluribus plures modios*

[Margin: l. ſi ita ſcriptũ. de lib. & poſthu.]

[Margin: Not. in l. 2. de priua. delic.]

modios uendidit. ſupra ſtatutum pretium. Quæſtionis eſt, An quemadmodum unius modij una mulcta eſſet, ita pluriũ modiorum plures ſunt mulctæ? uel in lege Fannia: Ne *quid uolucrũ ad cibum proponitor, præter gallinam unam quæ non ſit altilis. Quid? à delicatis inuentum eſt, in fraudem legis diuerticulum: ut pullos ac capones addito etiam lacte, quo cibis eſſent gratiores, adipatos haberent: num lege* Fannia *teneantur? & ſane uiſcoſa legum eſt ratio, quæ quicquid contingat amplectatur, & per extenſionem quandã obſtringat. Sic in elogio:* Q*uiſquis alius filius, filiúue filius, ſit hæres. ex hac uerborũ figura quæſtio inter* Q. Labeonem *&* Flauium Proculũ *fuit, an filia cõtineatur: &* Labeone *quidem negante,* Proculiana *obtinuit ſententia: quòd eadem ſit ratio, ménſque diſponentis. Sed ſi pluribus hæredibus inſtitutis ſcriptum ſit, hæres meus dato quinque aureos. non quilibet hæres, ſed omnes uidentur damnari, ut unà quina dent: quoniam in uſu iuris frequenter uti nos ſingulari appellatione* A. Caſſellius *ait, cum plura eiuſdem generis ſignificare uolumus. nam & multum militem ueniſſe, & piſcẽ uilem haberi dicimus.* Itaque *cum non æqualis &, ut ita dicã, ſimilaris ſit ratio, ménſque pronunciantis, nec erit diſpoſitionis ampliatio facienda, ceu hac in lege:* Quiſque *obolum naulo luat. mulierem uehendam nauta ſuſcepit, deinde infans in naui natus eſt, an pro infante alter debeatur obolus? ipſa ratio loquitur, nihil deberi: quia nec uectura eius maior eſt nati, quàm naſcituri, nec omnibus ijs puellus utatur, quæ ad nauigantium parantur uſum.*

[Margin: l. cum unus. de bon. aut. iud. — Arg. l. nõ tan tũ. de re iud. — l. quiſquis. de uerb. ſign. & l. iuſta. — l. ſi pluribus. de lega. 1. — l. in uſu. de uerb. ſign. — l. ſed addes. ff. locat.]

TERTIO *ratiocinationis* ζήτημα *ſit, An quod ante ius ſit, idem poſtea ſit. ut in lege:* Qui *bona inuaſerit, cum ad ſe non pertinere ſciat, & ſi ante conteſtationem fecerit quominus poſſideat, perinde ac ſi poſſideret: hæredi damnas eſto.* Lex *de eo tantum loquitur, qui mente prædonis initio res hæreditarias in-*

[Margin: l. item ueniũt. paragr. prætor. l. ſedet, ſi lege. paragr. de eo. de pet. hæredit.]

uaſit. quid ſi iuſtam quidẽ initio cauſam adipiſcendæ poſſeſſionis habuit, poſtea gnarus hæreditatẽ nihil ad ſe pertinere, prædonis inſtar uerſari cœperit? Quamuis nihil de eo loqui lex uideatur, tamen ad eam mẽtem legis pertinere uidetur: quoniam parui refert initio quis in dolo ſit, an deinde: ſicut parum intereſt aliàs, quid ante uel poſt ſit nocitum. Eademq; ratio in priuatorum negotijs: ceu hac in ſpecie quidam equum promiſit, & mora ſoluẽdi culpa debitoris interuenit: perpetuatur obligatio, etiam ſi equus interierit. Quid ſi moratus tantum poſtea offerat? & quidem conuenientius eſt ex æquo bonoq; culpam emẽdare poſſe, ac protelatum hinc ſoluẽdi fuiſſe ius. paritérque in diſpoſitionibus hæreditarijs ſubſtitutio in unum caſum facta trahitur ad alium ex rationis paritate. E diuerſo autẽ refragrãte ratione, lex quoque ceu Lesbia illa plumbi norma obflectitur atque reprimitur. Lex eſt, Parẽtes patronos, eorúmue liberos, parentésue ne in ius uocato. In ius uocatus à iuuene litem conteſtatus eram, quem deinde adoptaui in filium, an ius id primo agitatũ permaneat? ſed cum ratio paternæ reuerentiæ interceſſerit, conueniẽtius eſt ceſſare iudicium. Ita teſtamento quæ uoles, ueſtimenta triclinaria legata ſunt. dixiſti primum quæ uelles: deinde priuſquam ea ſumeres, alia te uelle dixiſti, an ius optandi legali prima teſtatione conſumptum ſit, cum res adhuc integræ ſint, & quamuis res integræ ſint, cum tamen abſurdum ſit, palinodiam canere, ius ſuperiore electione conſumptum & exhauſtum eſt, niſi forte non omnia ueſtimenta fuerint exhibita: tum enim integra tibi maneret optio, cum id æquitatis ratio ſuggerat.

[l. ſi ſeruũ. pa-rag. ſequitur. de uerb. obli.]
[l. fin. in quib. ca. reſti. in integr. non eſt nec. C.]
[l. ſi à me, de iudic.]
[l. apud Aufidium. de opt. lega.]

QVARTVS *eſt ratiocinandi topus, num quod in toto idem in parte ius ſit? Quocirca, ut iuris eſt regula in toto, & pars cõtinetur. Lex eſt: Nullus mutuans, agricolæ fundum eius detineat. quid fœnerator molas, præla, doliáue ſolo fixa uel paſcua*

[In authẽ. nul. mutu. agr.]

ſcua occupare, & executione detinere contendit: & quidem cum ſimilis ratio ſit quæ de tota re dicta ſunt, eadem & de parte per ſynecdochen intelligenda ſunt. quemadmodum uendita uel legata naui, ſi quæritur an & malus, antemnæ, gubernaculaq; debeantur, tanquam enim membra corpori cenſentur acceſſoria: & uti quidem ſi totum fundum alienum quis poſſideat ſciens, nulla ex parte fructus ſuos facit: ita qui communem fundum poſſidet, non facit fructus ſuos pro ea parte, qua fundus ad ſocium pertinet per ſimili ratione. Sic enim cuiuſque legis ac diſpoſitionis ius ratione tanquam ſpiritu uigeſcit. hinc à ſimili ualet argumentatio. ueluti ſocius in ſocietate partem habet: ſic cohæres in hæreditate partem habet. Sicut hæres ſibi ſoli non cohæredibus petit, ſic ſocius ſibi non ſocijs: Ideo *quemadmodum uterq; pro ſua parte petit, ſic pro ſua parte diſſoluit, hæres ex ſua parte, qua hæreditatem adijt, ſocius ex qua ſocietatem coijt.* Ideo *quemadmodum ſuam partem* Q. *Comœdus ſuo nomine condonare potuit* Q. *Flauio, ut eam ſocius non peteret: ſic cum exegit ſuam partem, & ſocio integram petitionem reliquit, exactum partiri non debet.* Hinc *à maiori ad minus ratiocinamur.* Lege XII *tabularum, furem nocturnum occidere, ergo & uerberare licet.* Cui *donare licet, & uendere ius eſt.*

l. quæ de tota. de rei uend.

l. qui ſcit. de rei uendic.

l. à digere. §. quamuis.

l. cui im. de reg. iur.

VLTIMVM *ζήτημα νόμικον eſt, an quod in parte ius ſit, idem & in toto ſtatuatur? quod quidem ratione uel producitur, uel reprimitur.* Lege *ſancitum eſt: ad* Barbaros *ne quis gladium, loricam, aliáue arma exportato. plurimum æris, metalli ac plumbi quidam tranſuexit, an eadem pœna teneatur, qua qui fabricata trãſportet arma? ſane cum eadem inſit ratio, qua pernicioſum ſit quamlibet hoſti opem ferre, & idem ius uidetur ſtatuendum. nam & uirilis appellatione, alioquin totum contineri* Iuriſcõſul*tis receptũ fertur: ut ſi teſtamento quis uxori legauit eam partẽ*

l. 2. quæ res expor. C.

l. uirilis. de uerb. ſig.

X

tem domus, in qua morari conſueuiſſet. Quæſtionis ſit, cum tam teſtamenti tempore, quàm mortis totam domum in uſum habuerit, nec ex ea quicquam locatum ſit, an ea tantum cubicula legata ſint in quibus diſcumberent, an omnis domus legata ſit? & cōuenientius uidetur cum præter eius familiam nemo domum inhabitaſſet, uniuerſam legatam uideri. cohærentium namq; ac cōnexorū, & alioquin idem ius, idemq́; iudiciū haberetur. Itidémque & per μετωνυμίας *ſæpe contentum pro continente ſumitur, ut tectum, atrium, ueſtibulum, pro domo: caput pro homine. Ideo ſi teſtamento lana legata ſit, & quæratur an pelles lanatæ contineantur, inferimus pelles lanigeras cedere, atque deberi lanam ſiue facta & neta, ſiue infecta ſit, per quandam mētis & æquitatis comprehenſionem. Quapropter & comparationem à minori ad maius in iure ualere tradunt. Si furem aut mœchum licet occidere, ergo & latronē & raptorē. Si cui uno honore, ut Aedilitate ſit interdictum, non tantum eum honorem petere non poteſt, uerum nec eos quoque qui ſunt illo honore maiores, uidelicet Præturam aut Conſulatum: ita quoties lege aliquid unū uel alterum introductum eſt, bona occaſio eſt: & cætera quæ tendunt ad eandem utilitatē uarijs rationibus, argumentíſque ſuppleri. Sed ne prolixiores quàm par eſt uideamur, & tanquam pictor ille Callimachus* τηξίτεχνος, *id eſt artis interpolator cognominatus, qui nunquam curæ, diligentiæ'que finem haberet in picturis ſuis perficiendis, atque ideo curioſitate omnem operis gratiam auferret, reprehendamur: plura iuris profeſſoribus cōmentāda linquamus artis ſumma delibaſſe capita contenti, quæ cuique faciliora plane fient, ſi rationes præceptionis diligentia conſequetur & exercitatione.*

l. uxori. de leg. 3

l. eum. de neg. geſt. l. quæ religioſis. de rei uend.

l. ſicui lana. de leg. 3.

l. relegatorū. §. fi. de interdic. & releg.

l. nam, ut ait de legib.

De iure non ſcripto. Cap. XV.

CIVIS.

VNVM reſtare uideo quale ius ſit, quod moribus conſtet. tertiā enim iuris partem iſtam feciſſe uideris poſt legitimum & cōuenieus, de quo quid ſentias, ne graueris diſſerere. AVLIC. Tu uero partem iuris inquiris quæ nulla præceptiōe diffiniri, nulla ſcriptione percipi queat: nam & hoc ius ideo ἄγραφον, ideſt non ſcriptum appellitarunt, quòd ſine lege, ſine ſcripto, uetuſtas omnium uoluntate recepit. Quæ tamen iuris ſpecies pleriſque rebus publicis ſola iuſtiſſima utiliſſimáque uiſa eſt. nam Lacedæmonijs hoc in primis à Lycurgo inſtitutum traditū eſt, ne deſcriptis legibus unquā uterentur. Cuius inſtituti quænā eſſet ratio, legiſlator interrogatus: quoniam, inquit, qui recte educati, eruditi & morati ſint, probant quid pro temporis ratione magis expediat: ſignificans ſcripturam manere ſemper eandem, neque mutari, quum tamen probus uir etiam mutare nonnunquam conſilium pro uarietate occaſionum debeat, atque cogatur. Quin etiā Zeuxidamus Lacedæmonius quænam illius præcepti cauſa fuiſſet rogatus, & cur non deſcriptas leges iuuenibus legendas preberēt: reſpondit, quia melius eſt fortibus geſtis aſſueſcere, quàm ſcripturis ſtudere. Idcirco ciuitatem Athenienſium, ut ait Plato, qui ea quæ in legibus ſcripta comprehendiſſent, cuſtodirent: ut philologam, ideſt uarie doctrinæ, ita polylogam, ideſt garrulam Græci omnes exiſtimarunt. Lacedæmoniam uero quæ magis ea quæ pro legibus obſeruabat, memoriæ mandaret, Polynomam, ideſt multarum legum magis quàm polylogam: unde graui pecuniæ pœna mulctabantur apud Aeginetas, qui legis inſtituendæ dediſſent occaſionem. Qua de re & Imperator Ro. Opilius Macrinus iuriſperitiſſimus, quiq; prius Orator fiſci fuerat, omnia decreta, reſcriptaque ueterum principum Romanis abolere ſta-

[Margin: §. conſtat. de iur. nat. gen.]

[Margin: Polynomi Lacedæmonij.]

eſt, quod in omnes æquabile, alicui alteri rationi comprobatur. Pactum eſt, quod inter aliquos cõuenit, quod iam ita iuſtum putatur, ut iure præſtare dicatur. Iudicatum, de quo iam alicuius, aut aliquorum ſententijs ante conſtitutum eſt. Cum uero quæritur, quomodo, quantóue temporis interuallo hoc conſuetudinis ius inducatur: Inualeſcere quidẽ decẽnio conſtat, ſi contra aliam conſuetudinem recipiatur. Si uero contra ius ſcriptum quædam increbreſcat conſuetudo, ad illam confirmandã anni triginta requiruntur, ut Iuriſconſultorum *eſt ſententia. Ad morum autem & conſuetudinis uim & authoritatem, cuilibet horum ſpatiorum neceſſum aiunt tres ad minus actus, triáue ad eum modum obſeruata eſſe negotia: ſi plura in contrarium appareat non contigiſſe. Iam uero cum tanta ſit morum poteſtas, ut conſuetudine non ſolum legum obliterentur iuſſa, ſed etiam uanitati exemplis cõfirmatæ naturalis ueritas cedat: adeò, ut teſte* Hieronymo, *cõfeſſa pleriſque uitia placeant: enixe curandum eſt, ut* P. Celſus *ait, ut ſi quid non ratione primum, ſed errore quodam obrepſerit, legũ fulcris extirpetur: ita ex malis moribus bonæ procreantur leges, ueteri prouerbio.* Qua *de re cum tutius ac fidelius ſit certis fixíſque legibus uti, melius quoque ſtatuendum eſt moribus leges eſſe duces, magiſtras atque cuſtodes. Summum igitur circa leges ſtudium iuriſconſulti uerſari debet, unde* Iuuenalis *hortatus eſt:*

No l. de quibus. de legib. arg. l. ſi cum fideicõmiſſa. q & à quib.

l. quod non ratione. de leg.

> *Scribe puer, uigila, cauſas age, perlege rubras*
> Maiorum *leges.*

Hinc *ſiquidem multis iuriſconſultorum ac pragmaticorum literis, uoluminibúſque ferme perſcriptum eſt, quid cuique uiro, aut fœminæ de quaque dubitatione reſponſum ſit, eadem etiam tanquam recocta crambe à pluribus relata. quin & plerunque leges ac reſcripta principum ipſas* νομικὰς *quæſtiones ſolẽt præ-*

X iij

currere: & quibus ex cauſis ius quodq; dubium eſſe non poßit, ſtatutum ac notatum exiſtit. Veruntamen ut in alijs aliarum legum ac negotiorum ſpeciebus, controuerſijsq; diſſoluendis, artis quoſdam numeros reguláſque teneremus, certiſſima facillimaq; propoſuiſſe uidemur themata. Quæ quidem ueterum authoritatem ſecuti, quantum licuit, ad communem ſenſum applicuimus. Hæc autem quæ quum impulſu tuo, tum eximio Reip. ſtudio, Ciuis optime, de iuris artificio perſtrinximus, æqui boníque conſulas. iam feliciter Vale.

EXPLICITA SVNT I. ALBANI SPINASATI AQVITANI IVRIS VTRIVSQVE DOCTORIS POLITICA.

μιλίτα τὸ πᾶν.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

LABORATORIO REST URO
A. Lombardi
Via Valsolda n. 125-127
Tel. 899906
1978